Gnomon Apologeticus

CIRCVLI HOROLOGII, HISTORICI, TYPICI ET MYSTICI.

À

WENCESLAO BVDOWETZ BARONE A BVDOWA, &c. ANNO M. DC. XV. EDITI.

Demonſtrans

QVOMODO D. MATTHIAS HOE AB HOENNEGG, &c. nulla iuſta cauſa ſibi data, contra eundem Circulum ſub ſpecie laudis eiuſdem, multa Chriſtiano Theologo indigna tractanda ſuſceperit.

ET

RATIONEM CARNIS SECVTVS, ARTICVLO FIDEI DE CERTITVDINE SALVTIS ÆTERNÆ in Chriſto Theantropo OMNIBVS CREDENTIBVS promiſſæ, & à B. Luthero, magno illo Euangelii Chriſti præcone piè, dextrè & ſolidè ex verbo Dei aſſerto, non ſine multorum piorum ſcandalo, verum cum ſui ipſius confuſione contradixerit.



HANOVIÆ

Apud Aubrianos & Clementem Schleich.

M. DC. XVIII.

1.

2. Cor. 13. v. 5.

Vos ipſos explorate, an ſitis in fide, niſi reiectanei eſtis.

Epheſ. 4. v. 15.

Quapropter depoſito mendacio, loquimini veritatem quiſque proximo ſuo, quoniam alij aliorum membra ſumus.

Galat. 5.

Vtinam abſcindantur, qui vos inquietant.

Ibidem.

Quod ſi alij alios mordetis & exeditis, videte ne viciſſim alij ab aliis conſumamini.

Ibidem.

Ne ſimus inanis gloriæ cupidi, alij alios prouocantes, alij aliis inuidentes.

REVERENDO, NOBILI ET CLARISSIMO VIRO, D. MATTHIÆ HOE AB HŎENNEGG, S. THEOLOGIÆ DOCTORI, Sereniſſimi Electoris Saxoniæ à concionibus primariis aulicis, & conſiliis Eccleſiaſticis, Wenceslaus Budowetz Baro à Budowa, &c

S. D.

REVERENDE, nobilis & clariſſime Vir, 14. Maij ſtylo nouo huius anni 1617. redditæ mihi ſunt tuæ literæ Germanicæ, manu tua propria exaratæ, vna cum epiſtola tua Latina typis excuſa: in qua me (vti ais) de nonnullis, quæ in Circulo meo Horologico deſideras, admonendum duxeris.

Prouocatus itaque abs te publico libello, cum viderem eſſe reſpondendum, feciſſem equidem id maturius, niſi grauia negotia, ob indicta â ſacra Cæſarea Maieſtate Domino noſtro clementiſſimo, publica Regni comitia obſtitiſſent. Sed forſan iuxta prouerbium, Sat citò, ſi ſat bene: cum & tu, vti puto, ſatis diu Circulum meum Ann. 1615. editum volueris, & plus otij ad meditandum, vtpote homo Theologus (cum hæc tuę profeſſionis ſint) habueris.

D. D. Hoe amica ad authorem Circuli Horologici præfatio & eiuſdem laus.

Præfatio autem ad me tua clariſſ. D. D. ita habet. Nunquam fore putaui, Illuſtris & Generoſe Domine Baro: me tibi vel tantillum moleſtiæ creaturum eſſe. Ea enim præpolles veneranda ætate, ea inſigni humanitate, ea apud complures eximia authoritate, vt obſeruantiam quaſi ſtipendiariam mereri videaris.

D. D. Hoe promittit, ſe Authorem Circuli ne verbulo quidem læſurum.

Neque ſane etiamnum animus mihi eſt, verbulo te lædere, vel cumulo laudis tuæ quicquam detrahere: optarim potius efflictim: vt & ſcires, & crederes, quanti te Boemiæ ornamentum ſingulare multis nominibus faciam. Et pagina 3. Oratum autem te id aduenio: ne qui hactenus fuiſti erga alios, comis videlicet, blandus, æquus & humaniſſimus, erga me eſſe deſinas. Viciſſim enitar ſedulo: vt genti & menti tuæ generoſæ parcens,

 tan-

tantum σφάλματα, quæ annotaui, abſque omni acerbitate proponam: & calamo, nè in perſonam Tuæ Generoſæ Dominationis impingat, frenum iniiciam. Et pagina ſeptima ais. Abeſt procul à me altercandi conatus, ſcrupulandi, calumniandi, vel obtrectandi pruritus: Sed ſolius veritatis aſſerendæ me impellit appetitus. Item. Abſit verò, vt omnibus meditationibus tuis obeliſcum figere, & totum Horologium tuum, multis haud dubie curis & vigiliis confectum aliis exoſum reddere velim. Complura enim ſunt: quæ cum delectatione legi, hiſtorica præſertim: & quæ de ſtatu Religionis in Regno Turcico elegāter commemoraſti. Placuit quoq; te ratiocinationem humanam in diuinis reiicere, pagina 4. adeoq; ab iis, qui inter fundamenta doctrinæ Chriſtianæ rationem numerant diſſentire. Probo Chriſtum in vtraque natura ſufficientiſſimum mediatorem & redemptorem pag. 11. à te agnoſci & vocari.

D. D. Hoc multa promiſit, ſed contrarium fecit.

Imo hoc vnicum agit, vt exoſum reddat.

Placuit te vaticinia Prophetica de Chriſto agnoſcere. Exoſculor zelum Tuæ Generoſitatis contra Antimahumeticum: laudo inſuper quæ contra Neoarrianos ac recentiores Photinianos erudite diſſeruiſti. Cumque Oceanum vaſtum ſacræ ſcripturæ in tantulum riuulum ingenioſe contraxeris, vel hoc nomine præclaram laudem mereris. Alia quoque complura Tuæ Generoſitatis ſapientiæ, eruditionis, pietati, iudicio & cæteris virtutibus congrua in Horologio iſto occurrere minime inficior. Hactenus tu D. D.

Vtinam D. D. Ho: non ſequatur rationem.

Laudando ironicè vituperat, vti infra audietur.

Et hæc videntur eſſe laudes illæ, quas, Reuerende & Clariſſime D. Doctor, de Circuli Horologij mei opella qualicunque tandem, inter publicas curas, à me homine politico lucubrata & edita, in medium profers, verbis mellitis condis atque exornas. Quæ ſanè oſcula amici eſſe facilè quiuis primâ fronte dixerit, præſertim ab homine Theologo & doctore Euangelico impreſſa. Verum quo loco illa ſint habenda, & vtrum ex corde promanent melle an aceto ſuffuſo, ſequentia declarabunt.

Aſſeris primo te minime fuiſſe ratum: vt ea ſcriberem, quæ Doctoribus Euangelicæ doctrinæ contraria eſſent, ſed ea, quæ ad ætatis meæ quietem, & quæ ad ἴσα & moderata pertinerent. Item. Hærere te, num licuerit mihi in ſumme arduis, luſus ingenij & Circulos domi pro delectatione priuata factos, publice edere: & an illæ Circulatoriæ meæ delineationes aliæque picturæ tuto in rebus ſacris & diuinis myſteriis adhiberi poſſint. Vnde me luſorem, Circulatorem, cauillator æquiuocus (quod idem eſt, ac ſi impoſtorem dicas) nominare non vereris. Picturas porro meas miris ſarcaſmis & cachinnis modo laudando, modo vituperando, quaſi mimus aut ludio, excipis.

D. D. Hos carpit & vituperat Circulum & authorem eius.

Fol. 6.

Item fol. 26. adfirmas in Horologio meo paſſim occurrere dictorum S. Scripturæ corruptelas: dum bonos Angelos cum D. Paulo electos â Deo

eſſe

eſſe dico,& infantibus fol. 22. fidem in Chriſtum teſte ipſo Chriſto tribuo: dum alios carnis, alios filios promiſſionis cum Scriptura Sacra aſſero: dum ad locum S. Ioannis dicentis, Chriſtum non modo pro peccatis noſtris, ſed pro toto mundo propitiationem factum, addo id tantum intelligendum de omnibus credentibus.

Item, fol. 28. dum ea Scripturæ loca, quæ AntiChriſtum depingunt, ad Mahometem applicem, & Ieſuitas Chriſtianos nominem, me Pontifici Romano adulari: cum tamen non ſine vitæ periculo An. 1609. in publicis comitiis zelum meum contra degenerem Eccleſiam Romanam maſcule me teſtatum feciſſe prædices. Et fol. 29. Horologium meum tantis ſcatere contra Lutheranos vibratis horrendis criminationibus: vt mirum, niſi ad lectionem illarum lector totus obſtupeſcat: verum ego ſufficientiſſime probabo: me magis doctrinæ B. Lutheri electi organi DEI obſeruantiorem eſſe, quam tute facere ſoles.

Pergis, quæ B. Lutherus in tractatu ſuo de ſeruo arbitrio contra Eraſmum durius ſcripſiſſe videtur, ea ac ſi mea verba eſſent, mihi, vt me in odium inducas, falſo adſcribere.

Item ais fol. 30. Deplorandum eſſe: quod ſub ſpecioſiſſimo pallio B. Lutheri, doctrina Lutheri ita flagellatur. At ego monſtrabo, à nemine noſtro ſeculo B. Lutherum, ita ſub ſpecioſiſſimo pallio defendendæ eius doctrinæ flagellatum, ſicut à te.

Item. fol. 33. Errorem craſſum Chronologicum, cum de tempore conſcripti à Luthero tractatus illius de ſeruo arbitrio mihi impingis, idque attribuere mihi audes, quod male te intellexiſſe conſtat: ſiquidem non in agone mortis hæc à B. Luthero literis mandata intelligi velim. Quinimo planum fiet, te non modo Chronologicas diſtinctiones ignorare, ſed (vt eſt vnus error, fœcundus multorum pater) ne quidem ipſas hiſtorias noſſe: dum Bullingerum colloquio Poſſiaceno interfuiſſe ſcribis: quod nullibi ex hiſtoriis probabitur.

Ita dum aliis pro tua carpendi audacia apud ignaros ignorantiam adſcribis, ipſe qui præ cæteris Magiſtrum te & quidem EMVNCTIORIS INTER EVANGELICOS NARIS præſumis, prodis, eruditioribus craſſam tuam ignorantiam. Et fol. 37. ſat longum Cathalogum conuitiorum, quibus vos (vt ais) Lutherani à me criminamini, in medium profers, quæ neque in mentem mihi, neque ſub calamum venerunt vnquam: potius ea quæ indigitas ſunt pacificæ admonitiones cum comminatione iudiciorum DEI, quoniam litigioſi quidam nonnullos doctores Euangelicos & confratres in Chriſto Iudaiſmi & Turciſmi, non ſine ſummo multorum ſcandalo præſertim imperitorum & ſimplicium, accuſent: adeo, vt palam conſtet, à veris Lutheranis hæc non promanare: imo dixerim, etiam mil- *Veri Lutherani pacifici & moderati.*

leſimum quemque auditorum tuorum, horrendas iſtas fratrum tuorum in Chriſto condemnationes, non approbare. Item: fol. 38. Me ex agni manſuetudine in leonis ferociam conuerſum eſſe.

Item fol. 40. Me falſiſſime, mutilationem teſtimoniorum ſacræ ſcripturæ vobis obiicere: hoc ne eſt ne verbulo quidem me lędere velle, ſed integra ſententia pro falſario me declarare: mitioribus ſcilicet verbis ſecundum tuum promiſſum vtendum erat. Quare ſi pupilla oculi à tactu, multo magis bona mea fama cuſtodienda & vindicanda eſt.

Ais etiam, me ſcriptum B. Lutheri contra Eraſmum de ſeruo Arbitrio tibi ceu clypeum Aiacis, & quoddam caput Gorgonis ſub ſpe certæ victoriæ obtinendæ, obiicere, cum tamen in illo phraſes tantum occurrant, quæ ex ſequentibus ſcriptis commoda interpretatione indigeant. At ego probabo vel ipſorum Catecheticorum iudicio continuam orationem & continuum conſenſum & aſſertionem in eo tractatu de noſtra in Chriſto electione eſſe. Vbi hic D.D. conſiſtes, te vera de phraſibus iſtis locutum eſſe? Demonſtrabo enim te in perſona Eraſmi doctrinā Lutheri oppugnare, atque ita non Lutheranum, ſed Eraſmianum potius nominandum eſſe.

Addis fol. 41. quod eos defendam, qui cum Alcorano in hac doctrina conſentiunt: quos ſaluos factos eſſe (paulo ſuperius clamitas) tibi id neque homines, neque angelos perſuaſuros. Hinc fol. 46. citas verſiculum contra me:

Noſcitur ex ſocio, qui non cognoſcitur ex ſe.

Ex quo tacite inferre videris: de me perinde illud vſurpandum: quod aliis viris Orthodoxis à tui ſimilibus adſcribitur. Item fol. 47. Non dubium eſſe tibi, ais: qui compilatores aliqui tales errores mihi perſuaſerint. Et folio 48. Te minutiora ad viuum reſecare noluiſſe: optare itaque: vt ſine omni bile & omni acerbitate, hæc benigno animo, quæ ad me ſcribis, ceu oleum & balſamum, ſuſcipiam.

Atque hæc quoque ex maioribus in me conuitiis collecta ſufficiant: cæteris commemorandis ſuperſedeo.

D. D. Hoe fœtores pro balſamo offert.

Hæccine ergo D.D. pro balſamo bene olente, quod mihi ironice offers, accipienda? Hoc ne eſt, verbulo me non lędere? Hoc ne eſt, procul abeſſe à te altercandi conatum, ſcrupulandi, calumniandi, vel obtrectandi pruritum? Hoc ne eſt, ſeni, (vt ais) venerando parcere? Hoc ne eſt, calamo tuo frenum iniicere? ne in perſonam meam impingas? Dicam candide quod ſentio: cum hæc legiſſem, exhorrui totus, meque ipſum in hæc verba ſum allocutus: Hæccine à tuo illo D. D. Hoe, quem tantopere Pragæ amaſti, promouiſti, profecta eſſe. Nonne iuſtiſſime tibi ideo & dolendi & conquerendi cauſa data eſt? Tune Budovveci hanc iniuiſti gratiam: qui

Autor Circuli conqueritur de D. D. Hoe.

cum

cum vitæ tuæ periculo vna cum aliis viris pacem Euangelicarum Eccleſiarum amantibus hoc vnice procuraſti : quo templa Germanica in Regno Boemiæ Pragæ inprimis Regni Metropoli , ædificarentur.

Nec opinor, Tibi eſſe obſcurum poteſt: quantum certaminum etiam cum Euangelicis Boemis, linguæ Germanicæ ignaris, & Germanicis concionatoribus non vſque adeo fauentibus , ſuſtinuerim: quomodo eorum cauſam vna cum aliis piis ordinibus promouerim : vt vnus Germanorum concionatorum Conſiſtorio Euangelico (cui Adminiſtrator & ſenior quilibet vigore initæ concordiæ præſunt) adiunctus fuerit: cum vna tecum obedientiam Conſiſtorio & inprimis Defenſoribus nobis, quibus poteſtas regendi Conſiſtorii à Sac. Cæſ. Maieſtate & Ordinibus Regni conceſſa fuit, vigore Confeſſionis Boemicæ & inter nos Euangelicos initæ concordiæ, promiſerat.

Hæc (inquam) dum mecum animo voluerem, pene obſtupui, vnde fiat, quod poſt tanta tum erga te tum erga Eccleſiam Germanicam in Boemia merita mea, ob editionem Circuli Horologici, tanta conuitia in me effuderis: cum in eodem Circulo, neque Te, neq; quenquam tuorum Theologorum vel minimo verbo offenderim aut nominauerim, vel ſcripta eorũ nominatim allegauerim: quin potius dirigendo omnia ad pacem inter nos Euangelicos , imo & Romano-catholicos ineundam, indolui quorundam Pſeudo-Lutheranorum (neminem tamẽ nominando) Polemicis ſcriptis : qui confratres in Chriſto ſuos, in fundamento conſentientes (quod ſaluat:) in ſtructura differentes (quod non damnat) quique tanto zelo ex imis verbi DEI fundamentis , Iudæos, Arrianos , Mahometanos, Photinianos, & Socinianos atque alia huius generis monſtra oppugnant, vobiſcum expetentes concordiam , auſi ſunt falſiſſime coram rudioribus (licet plus quam millies iſtarum calumniarum conuicti fuerint) absque omni pudore traducere , quod Iudaizent, quod Turciſent , & qui illos collaudant , eis ſimiles eſſe. Vbi & me Iudaiſmi & Mahometiſmi inſimulare coram plebe niteris , licet prius zelum meum contra Mahometanos collaudaueris. Quare dabis mihi veniam, ſi quam tu tibi cenſuram vltro arrogas, ego ex impoſitæ mihi neceſſitatis lege, defenſionis Apologeticę ergò adhibeam, pagellas tuas examinaturus : ſic tamen , ne ficta fictis , falſa falſis rependam: ſed parcendo & tibi & mihi, & condolendo potius immoderatis tuis adfectibus , quam in eos nimis inuehendo , cum defenſione veritatis DEI , & bonæ famæ meæ, tibi reſpondeam , demonſtrando quoque σφάλματα tua , imo vero plus quam σφάλματα , qualia tu mihi attribuis. Vnde candidi & pii

Quid Autorẽ ad conſcribendum Circulum impulit.

lectoris

lectoris iudicium erit: vter noſtrum ex manſuetudine agni in leonis ferociam, & rabiem vrſi commutatus ſit? quis promiſſa de non carpendo & calumniando ſeruarit: qui magis pacem quæſiuit & optauit? & qui authoritatis ſuæ potius, quam veritatis DEI profitendæ cauſa pacem eam magno cum ſuo malo reſpuit? qui ex ſolo verbo DEI ſapit? & qui ſequendo ducem rationem humanam in diuinis cæcutit, deſipit, & conceptum ſemel errorem pertinaciter ad complacendum hominibus, tuetur.

D. D. Hoc expeteret, ne quis libros ederet, præter illũ ſolum.

Reſpondendum itaque erit, primo ad ea, quæ in me vituperas: & inprimis, an ætati meæ, quieti, prudentiæ τὰ ἴδια ingenio meo conuenientia moderata in Circulo meo tractanda ſuſceperim?

Cauſa conſcripti ab authore Circuli.

Quod ad quietem ſenili meæ ætati comparandam attinet, ea ſane quam iucundiſſima mihi fuit: quoniam vnicus ſcopus Circuli mei eſt: in contemplatione operum DEI, ex æterna DEI prouidentia manantium, hic in terris quietem & pacem illam (quæ omnem captum humanum ſuperat & cuſtodit, corda noſtra & ſenſus noſtros in Chriſto Ieſu ſpemque viuam ad vitam æternam omnibus credentibus excitat) meditari aſſidue & promouere: & me contra tot noſtri ſeculi hæreſes & offendicula mature munire: & tum filio meo, cuius ſolius cauſa poſt reditum ex Turcia hæc pene conſcripſi, tum proximo quoque meo, quantum in me eſt, inſeruire, præſertim, ſiquidem diuina prouidentia diſponente, maximam ætatis meæ partem à pueritia vſque ad annum 32. peregrinationibus conſumpſerim, commorando in ſcholis & Academiis Europiacis, & luſtrando præcipua Europæ regna: donec tandem & imperii Turcici regna & regiones ex parte conſpexi, atque ibi huius meditatiunculæ meæ in Chriſto comprehenſæ ob animi quietem & ſalutis meæ certitudinem, Conſtantinopoli inquam à me iacta fundamenta ſint, & quidem tunc, cum in vera tentationum Schola inter Turcas, & omnium hæreſium, quæ in Oriente cernuntur, monſtra verſarer: vbi quam gratus mihi fuerit quicunque Chriſtianus in nomen S.S. Trinitatis baptizatus, & qua animi lenitate & Chriſtiana charitate (quæ perfectionis vinculum eſt) cum iis, exceptis Arrianis, contulerim, notum eſt iis, qui mecum in Ottomannica aula tum agebant. Et certe Conſtantinopoli, inter illa ſtupendæ maieſtatis & potentiæ Turcicæ, portenta, addo etiam inter iuueniles carnis illecebras, in quibus omnibus veluti in vaſtiſſimo Oceano fluctibus horrendis agitato, hinc inde ferebar, dici non poteſt, qualiter ex ſola diligenti Sacræ Scripturæ lectione & eiuſdem Harmoniæ collatione diuina gratia profecerim. Reuerſo mihi Chriſto duce in patriam, quam charum erat: in quocunque homine minima quæque dona fidei Chriſti veræ, contemplari, amare,

Tentationũ ſchola.

Verbi DEI vſu.

amare,excitare,in proue&#7municationibus magisque illuminatis etiam venerari. Verum qui ſperabam, me pacatiorem animum hic inter Chriſtianos, quàm Conſtantinopoli habiturum, cùm vidiſſem quoſdam Chriſtianos, & qui Euangelici haberi volunt,grauiſſimè confratres in Chriſto ſuos cõdemnare, & ad ima Tartara deuouere (quod nè in Orientalibus quidem Chriſtianis,quos vidi mirificè ſeductos, obſeruaui) operæ precium duxi filio meo Adamo, admirabilis prouidentiæ Dei, in conſeruandâ hic in terris militante ſuâ Eccleſiâ, & quidem inter tot certamina guſtum ſaltem aliquem veluti penicillo delineare,& demonſtrare: quomodo in iſtis certaminibus & offendiculis militandum: qui admonendi, qui repræhendendi,qui imitandi, & quomodò ſoli verbo Dei adhærendum, & omnes ratiocinationes humanæ cõtrâ expreſſum verbum Dei fugiendæ,imò ratio omniſque ſublimitas captiua reddenda ſit ad obediendum ſoli Chriſto.Faciendum poſteà putaui ego conditione Politicus,vt Turcę, Arriani, Photiniani, Iudæi, Enthuſiaſtæ, pro modulo ingenii mei & gratiâ Dei in me collatâ breui compendio refutarentur: & omnes Chriſtiani in nomen S.S. Trinitatis baptizati commonefierent, quò initâ vnione alii alios in ſua infirmitate & imperfectione tolerarent, & in ſpiritu manſuetudinis & lenitatis erudirent,conuerſo omni zelo ſuo,impetuque diuinitus corroborato contrà illos iam nominatos fidei Chriſtianæ capitales hoſtes. Dici enim non poteſt,quantoperè polemicis iſtis temerariis & quorundam clamoribus offenſus fuerim.

Contentiones.

Concordia & vnio.

Equidem in nonnullos incidi, quos dixiſſes omnia à tempore Lutheri controuerſa ſcripta in ſcriniis pectorum ſuorum continere: quæ tamen ne conſpexerant vnquam,nedùm legerint. Atqui iſti homines tùm in ſcriptis tùm in concionibus ſuis, intima & minutiſſima quæque allegabant confidenter,authores ipſos diris ad inferos vſque deuouebant, audaciſſimè in concionibus publicis & priuatis colloquiis vociferando, ſe hæc in ſcriptis eorum legiſſe. Ac præ cæteris colloquio quodam cùm vno horum ex cenſu inſtituto, depræhendi in præſentia bonorum virorum, non modò non legiſſe, ſed neque vidiſſe authores iſtos. Quid ergò erat? Cathalogum ſibi veluti per manus ſucceſſionem quandam ab aliis compilatoribus communicatum dictitabat,in quo eiuſmodi & falſæ doctrinæ vti ille putabat, reperiantur. Tam miſerabilis fuit ipſius tùm in colloquendo, tùm in concionando Theologia: cui ſimiles poſteà plures reperi: quibus non modò ſcripta noſtri ſeculi Theologorum, ſed & ipſa ſcriptura ſacra ignota fuit, innitentibus tantùm proculdubio compilatorum ſuorum Cathalogo aliquo fallaci & mendaci; quem inter ſe communicare ſolent ad imponendum ſimplicioribus, vt crederent calumniis eorum: id quod ad hodiernum diem à nonnullis pra-

Polemicorum fraudes.

Cathalogus fraudum.

ctícatur: quibus ſi demerentur in concionibus inuectiuæ & condemnationes, nihil, ſalutaris doctrinæ, quâ conſcientiæ conſuli poſſet, reperiretur: adde quod linguam horum malam mali mores & vita peſſima comitari ſolet. Ex quo non potui, quin cum aliis multis piis & cordatis pacem Hieroſolymæ procurantibus viris, non ingemiſcerem & dolerem, votaque inſuper conciperem ad ineundam aliquam concordiam partim inter nos ipſos Euangelicos, partim cum Romano-Catholicis: vt liberè ſeruiremus DEO, animique hominum inflecterentur ad hoc opus ſanctum, cui ſingulari vereque admirabili prouidentia DEI hic in Boemia noſtra Anno 1609. prouiſum eſſe omnibus patet. Eodem animo & hanc meditatiunculam Circuli mei, iam diu conſcriptam, vti ex præfatione opellæ meæ præfixa & folio 181. apparet, in lucem edendam duxi.

Anthor Circuli ad pacem ducit.

Ac quia iſto zelo, à quo mihi temperare neque potui neque debui, contradico horrendis & inter ipſos Ethnicos inauditis criminationibus & condemnationibus quorundam inquietorum ingeniorum, magis authoritatis ſuæ defendendæ, quam veritatis DEI promouendæ ſtudioſorum, & ſub his condemnationibus noſtram in Boemia erectam concordiam quaſi obliqua via labefactare, imò penitus euertere, & aliquam diſcordiæ formam vbique locorum erigere enitentium, demonſtro illis peruerſis zelotis, quam ſit neceſſarium: vt tolerando alij alios, id omne zeli quod habent, quæque in confratres ſuos vibrant arma, contra Turcas & Arrianos, aliaque his ſimilia monſtra potiùs conuertant.

Autherem Circuli τὰ ἴδια tractaſſe.

Quod verò τὰ ἴδια, Te cenſore, prudentiæ meæ conuenientia, nempe propria mea vocationique conſentanea meæ curare, atque ita ab editione Circuli abſtinere debuerim: neſcio, an ita grauiter in edendo eo (quem ex parte ipſemet laudas) peccauerim. Et quis quæſo Te cenſorem meum fecit: vt præſcriberes mihi modum edendi vel non edendi libros? Ego niſi mihi & tibi parcerem, ferrem quoque iudicium de tuis ſcriptis & triumphis: ſed quia alij hoc fecere, eo te & lectorem remitto.

Anthor circuli dubitabat an D. D. Hoe reſpondendum eſſet.

Ac dubius eram, reſpondendum ne tibi eſſet, an ſilendum? Sed ne me tacente etiam triumphum quaſi de me victo, tibi quoque adſcriberes, id quaſi inuitus, DEVM teſtor, facio inductus iuſtis cauſis. Sed ad Circulum reuertar: qui certe non inanis gloriolæ ſtudio, ſed confirmandi me & alios in veritate DEI & inſtaurandæ ſanctæ inter nos Chriſtianos concordiæ à me homine quamuis Politico, conſcriptus eſt: ideoque etiam mixta tam politica quàm Theologica Circulo meo conuenientia, tracto. Fecere hoc noſtro ſeculo Reges, principes, & illuſtriſſimi viri Politici. Exploratum habes, quam probè Moyſes (Num. 11.) Ioſuæ famulo tum

eius,

eius, quod Eldad & Medad prouetarent, reſponderit: Vtinam omnes prophetarent!

Quâ fronte ergò mihi in malam partem vertendum venit: ſi drachmam mihi à Deo concreditam, pro modulo gratiæ diuinæ mihi impertitæ in lucrum Eccleſiæ promo & viciſſim conſecro?

Melius moderationis quis ſeruauit aut non ſeruauit.

An autem fines moderationis tranſgreſſus ſim, id vbi ſingula eâ breuitate quoad fieri poterit, examinabuntur, palam fiet: nimirum quod non ego, ſed Tu metas moderationis tranſilieris. Etenim qui me ne verbulo quidem læſurum promiſeras, ſed placide mecum de iis, quæ tibi in Circulo meo minus orthodoxa videntur, collaturum, eo quod ſpiritus ſpiritibus ſubiici, teſte Apoſtolo, debeant, & vatem Regium exoptaſſe ſe blande corrigi, itaque ſe non dubitare, quin æquo animo id ſim ſuſcepturus. Verum quam Tu iniquiſſimo animo (à quo tibi initio tuæ epiſtolæ temperare non potuiſti) collationem hanc tuam mecum inſtitueris, de hoc non modo docti & prudentes viri, ſed ipſi pene pueri iudicium ferre poſſent.

Fol. 5.

D. D. Hoc initia Candoris, qui promiſerat ſe Authorē Circuli ne verbulo quidem læſurum.

Ais, Cumque Oceanum vaſtum Sacræ Scripturæ in tantulum riuulum ingenioſe contraxeris, vel hoc nomine præclaram laudem merearis; non minus quam ille, qui craſſum opus Homeri in membranula ſcriptum & nuci incluſum oſtentabat: nec minus quam Callicrates, qui ex ebore formicas, quarum partes ab aſtantibus vix cerni potuerunt, formauit: aut ſicut Myrmecides, qui quadrigam ex eadem materia, quam muſca integeret alis, & nauem quam apicula pennis abſconderet artificioſè ſculpſit. Hactenus Tu, D. D. Dum enim videris Circulum meum laudare, eum morſiculis ironicis ita prima fronte excipis: vt in re diuina nouus Lucianus deridendo diuina videaris. Etenim aſſimulando meum Circulum opificibus illis, qui aliquâ ingenii oſtentatione, temporis iacturâ maximâ, res exiles artificio quidem ſubtiliſſimo elaborarint, ſed nulli mortalium vtiles: quid aliud facis, quam quod ſub ſpecie laudis vituperas & derides Circulum meum? Cui enim cordatorum probata fuerunt vnquam, aut Homeri carmen in nuce, aut Callicratis formicæ, aut Myrmecidæ quadrigæ? aut Archimedis Circuli arenam metientis. Eâ videlicet habebantur dignatione; quâ erat apud Alexandrum ille, qui certo manus iactu è loco diſtanti piſum adigebat, vt in extrema cuſpide acus hæreret fixum. Modium quippe piſorum Rex deſtinarit homini: ne quid deeſſet: vnde artem ludicram exerceret: nullo præterea dignum donario æſtimarit.

En initia candoris tui in conferendo mecum!

Ingenium D.D. Hoe.

En initia adfectuum immoderatiſſimorum & conſuetorum in carpendis hominibus, cum quibus conferre ſoles! cùm potius ſerio ex verbo Dei agere relictis iſtis ſarcaſmis expediret. Etenim,

Non eſt ingenui in ſacris ludere rebus:
Fama fides pietas ludicra ferre nolunt.

Quare ignoſcendum mihi erit, ſi ego contrà eiuſmodi morſiculos ironicos, Circulum meum tutabor, in quo

Feci quod potui, potui quod Chriſte dediſti:
Impia fac melius ſi potes inuidia.

Sed audiamus plures illas tuas ſecundum exhortationem Diui Pauli, vti promiſeras, collationes.

Fol. 5. & 6.

D. Doctoris Hoe Sarcaſmi & cachinni ob imagines & Circulos Horologio additos.

De picturis Circuli mei hæc ſunt tua verba: Ac etſi hæreo, num Circulatoriæ illæ tuæ delineationes aliæque picturæ tuto in rebus ſacris & diuinis myſteriis adhiberi poſſint. Nouiſti enim, quam rigidè partim Theologi, partim Politici quidam, omnes picturas & imagines, licet ad cultum non proſtent, execrentur: quam furioſè contrà imagines, eas præſertim quæ DEVM vel Chriſtum dicuntur repræſentare, tumultuentur. Ab horum intempeſtiuo zelo te abhorrere totum luculenter teſtaris: dum ipſe ſacra picturis, figuris, Circulis & imaginibus proponere admodum conaris. Macte itaque illuſtris vir, & frontem maſculam Heterodoxis ἄνευ προσωποληψίας, in aliis quoque capitibus opponere perge.

Dic quæſo mi D. Doctor. quid fuit cauſæ, vt Circulos & picturas meas non modo redarguere, irridere, ſed etiam ſalſis mordacibuſque cauillis & cachinnis excipere non dubitares? Quouſque ita laborem meum, (quem certe nemo prudentum, niſi per calumniam & ſcommata repræhendere queat) carpis atque exagitas? Hoccine eſt, vti promiſeras Te cum Budovvicio venerando ſene, placide collocuturum? Cum tamen ego in imaginem tuam, & inſignia quæ iactas nobilitatis tuæ eidem imagini appenſa (quæ tuis ſumptibus Pragæ tabulis æneis inſculpta & typis publicata nonnulli adfirmant) non inquiram, an non per ea ALTA in terris quærere videaris.

D. D. Hoe non placent imagines Circuli, ſed ſua imago & inſignia nobilitatis ſua perplacent.

Eadem inſignia Epiſtolæ tuæ ad me miſſæ præfixa ſunt: quibus tres canes in deaurata tabella impreſſi apertis faucibus & exertis linguis. Atque his ſane inſigniis tu Theologus exiſtens gloriaris.

Apoſtolorum inſignia.

Non hoc fecere Apoſtoli, licet primarii in aula Chriſti, Euangelii eius

eius præcones fuerint,non in titulis imaginibus & inſigniis ſuis,non in nobilitate ſed in humilitate & ſynceritate, ac in ſola cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, quibus mundus crucifixus erat & illi mundo, gloriabantur, dicentes: ſe omnia illa pro ſtercoribus ducere, vt Chriſtum tantum lucrifacerent. Hoc tamen tibi adfirmo: quod ad imagines in templis attinet, perplacere mihi id, quod piæ memoriæ Dauid Chytræus in ſua oratione de Eccleſiis in Europa, Aſia & Affrica conſtitutis ſcribit: ſe cum fuiſſet in Morauia, conſpexiſſe templa Euangelicorum Trebicii, quæ ipſi ornatiſſima viſa ſunt, eo quod nihil ornatus externi nimirum fulgoris & imaginum pompæ, habuerint.

Ornatus Templorũ pulcherrimus qui?

Ac vt pio & candido lectori, cui forſan Circulus meus præ manibus non eſſet, conſtet, an verum illud ſit, quod tu calumniaris: me nimirum in rebus ſummè arduiis luſus ingenii oſtentaſſe: & eos imitatum eſſe qui res diuinas eiuſmodi rotulis ac ſphærarum valuulis circulare, & diuinorum myſteriorum abyſſum in rationis humanæ gyrum ceu Euclidiacis circulationibus redigere conati ſunt: itaque breuiter de his hic mentionem faciendam duxi, ad diluendum id, quod mihi falſiſſimè adſcribitur.

Authorem circuli nihil in figuris peccaſſe?

I.

Prima imago, ſeu Circulus radiis cęleſtibus veluti igne ad DEVM inacceſſibili circumdatus, in quo ſcripta eſt vox Hebræa EHEIE, id eſt, ſum qui ſum. Item Iehoua Elohim, DEVS, eſſentia vnus, ſed tribus diſtinctus perſonis, Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Quid hic D. D. Hoe habes ad carpendum? Num DEVM incluſi? num eundem pingendum homini ſimilem curaui, atque ita in gyrum rationis humanæ redegi? Nonne potius à te hoc fit? dum conquereris fol. 6. quod quidam contra imagines, quę DEVM repræſentant furioſè tumultuentur. At quæſo quæ imago DEO ipſo ad Moyſen, Deut. 4 ver. 15 loquente: DEVM repræſentare poteſt: imò quod eiuſmodi picturæ ſub pœna maledictionis prohibitæ ſunt; Deut. 27. v. 15. nihilominus D. D. Hoe placent imagines in Templis, quæ ſcilicet populo placent, & diu iam in vſu ſunt: nempe quæ plerumque eiuſmodi eſſe ſolent: vbi DEVS Pater ſpecie Regis, Senex & totus canus in ſolio purpuratus, & imperiali corona coronatus ſedet: & in altero ſolio Chriſtus iunior Rex, minorem geſtans coronam: & ſupra illos Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ, volitans pingitur. Tu tamen ais (inquiens) perplacet mihi, quod tuam generoſam Dominationem imaginibus non adeò infenſam eſſe animaduerto: contrà quas tamen & eas præſertim quæ DEVM repræſentant nonnulli furioſè tumultuantur. At tales imagines D. D. quales tu collaudas, in toto meo Circulo non reperies. Vnde modò laudando modò vituperando figuras Circuli mei, mimum agis, ſarcaſmos tuos

Deus non pingendus, ſed nominandus prout ſe in verbo ſuo patefecit.

D. D. Hoe cur turpes illæ imagines, quæ Deum fingunt & pingunt placent?

Sarcaſmi D. D. Hoe qui Theologum non decent.

Theologo indignos (oblitus promiſſi) ad Teipſum deludendum profers: atque ita in rebus ſummè arduis luſus ingenii & genii tui oſtentas, & non ego in meis Circulis & figuris; quæ omnes ad ædificationem ſeruiunt, repræſentantia non fictam & pictam imaginem Dei, quam nemo hominum vidit & videre poteſt. Sed nomina Veri Dei in Verbo reuelati, & imagines vel verius delineationes rerum creatarum & arte compoſitarum figurarum. An non iucundum eſt, in figura Horologii mutationes Eccleſiæ & mundi ceu horas quaſdam memoriæ cauſa adumbrare? Sunt enim hiſtoriæ, veluti horologia mundi: in quibus elapſæ mutationum horæ conſignantur, & ſubſecuturæ ex prædictionibus Dei expectantur.

II.

Generalis Circulus Horologii Lunaris & Solaris.

Poſui generalem Circulum Macrocoſmi Cæli terræque & Microcoſmi hominis: quæ omnia ex æterna Dei prouidentia condita & facta, eademque reguntur, & non volubili fortuna: qui Circulus in ſe continet Horologium Lunare, id eſt, horas ſeu mutationes ſub veteri Teſtamento, & horologium Solare, id eſt, mutationes ſub Nouo Teſtamento. Hunc Circulum operum Dei aio, à Iudæis inchoatum, & in iiſdem ſub conuerſione horum claudendum: ac demonſtro Cor mundi eſſe Eccleſiam, primum in terris viuens, & vltimum (completo electorum Dei numero) moriens. Animam Eccleſiæ eſſe Chriſtum: Alimentum Eccleſiæ verbum Dei. Finem militantis in terris Eccleſiæ gloriam Dei & ſalutem omnium Electorum Dei. Quid hic à me candide lector peccatum?

III.

S. S. Trinitatis Myſteriũ adorãdum & non ſcrutandum.

Imago eſt hominis ſtantis, Cælum verſus ſublatis oculis & complicatis manibus reſpicientis & Myſterium S. S. Trinitatis, Dei illius veri, cuius in prima figura facta mentio eſt, & quod in nubibus ſcriptum legit, Pater Filius & S. S. meditantis & dicentis: Triunum in S Scriptura reuelatum Deum in Chriſto contemplor, credo, adoro, non ſcrutor. Quid hic quoque peccatum? Nonne hæc pictura abducit ab omni ratiocinatione humana, dum docet adoranda & non ſcrutanda S. S. Trinitatis myſteria & de Deo ex ſolo Dei verbo loquendum. Sed D. D. Hoe melius placent ad rationem humanam accommodatæ in Templis imagines, Deum repræſentantes, de quibus iam dictum eſt.

IV.

Eſt Circulus Cæli terræque & ordo elementorum & Planetarum cum ſuis aſpectibus & myſtica harum contemplatione. Vbi in vertice

Circuli

Circuli in Cælo ſcriptum eſt, CHRISTVS. Ad quem ſchala Iacobæa collocata in petra typica, quæ erat Chriſtus, tendit ad ipſum Chriſtum Theanthropon iam in cælis, hiſce adiunctis verſiculis:

CHRISTVS ſchala Iacobæa à terra ad cœlum.

Iucundum eſt, nouiſſe globum cæliq́; ſoliq́;:
Adde Iacobæam, quæ tendit ad æthera, ſchalam:
Hac Chriſtum aſſequeris, quid tum, ſi cætera neſcis.

V.

Horologiũ Lunare carens gnomone.

Eſt patticularis figura Horologii Lunaris, id eſt, mutationum Veteris Teſtamenti, in duodecim horas diſtincti, quæ gnomone ſuo caret: eò quod horæ Veteris Teſtamenti iam elapſæ ſunt: in quibus tres Ecclypſes Eccleſiæ quoque ſub picturis adumbrantur. Quid quæſo hic peccatum? Fateor equidem me pro priuata delectatione & potiſſimum ad erudiendum filium meum haſce figuras excogitaſſe. Sed penſita quæſo ſunt ne ſcandalo, an ędificationi. Si non ſunt ſcandalo; cur carpis, ſi ędificationi, cur inuides.

VI.

Lucerna Prophetica cũ ſpeculo vera & degeneris Eccleſiæ ſub Veteri Teſtamento.

Eſt imago lucernæ Propheticæ pẽdẽtis in nubib. & ſpeculi veteris Teſtamẽti, in quo vera & degener Eccleſia quomodò à Prophetis vtraq; deſcripta ſit, lectori exhibetur. Sub lucerna autem ſtat Moyſes tabulas legis tenens velata facie, quod velũ Dauid & Prophetæ à facie paulatim leuant, & lumine ſuarum prophetiarum illuminant, & Chriſtum finem eſſe legis monſtrant.

D. D. Hoë ſpeculo iraſcitur.

Quid hic D. Hoe peccatum? cui ſcandalum aliquod hac figura datum? Nonne & D. Paulus velaminis iſtius Moyſis, & D. Petrus lucernæ prophetarum meminerunt, vti Circulus meus demonſtrat? In deſcribenda vero degenere Eccleſia, an quenquam nomino, qui pertineat ad degenerem Eccleſiam? ſed tantum ſpeculum propono: in quo ſi quis ſe deformem conſpexerit, non ſpeculo, ſed ſibi iraſcatur, & quantum in illo eſt, imagini veræ Eccleſiæ ſeſe conformet.

VII.

Horologiũ Solare.

Solare Horologium duodecim horas id eſt mutationes continens, vergente gnomone ad duodecimam, id eſt, vltimam mundi horam. Quod ſanè Horologium reſpectu Lunaris ideo Solare appellatur, quod in eo Chriſtus ſol ille iuſtitiæ à Malachia prædictus iam clarè lucet, detecto velamine Moyſis. In eodem Horologio Solari tres Ecclypſes in Eccleſia ponuntur, duæ iam quæ præteriere, & tertia, quæ poſt conuerſionem Iudæorum & cladem Gogi & Magogi ſub vltima ἀντιςάσ

ex prædictione DEI expectatur. Quid hic cum hac pictura peccatum?

VIII.

Vita æterna in Chriſto promiſſa.

Figura Circuli radiis cæleſtibus circumdati proponitur, ad demonſtrandum poſt elapſam duodecimam horam ſolaris Horologii ſecuturam in Chriſto vitam æternam. Vnde hæc verba Circulo iſti incluſa: Vera terra promiſſa, Eſai. 60. Hieroſolyma cæleſtis Apocalyp. 20. Dauidis regnum firmum Eſai. 9. Noua terra nouum Cælum Eſai. 65. Item, Non erit ibi Sol & Luna, ſed DEVS erit lux nobis Eſai. 60. Item, Oculus non vidit, auris non audiuit, nec in mentem hominis venit, quid DEVS præparauerit diligentibus ſe, 1. Corinth. 2. Quid hic in hoc Circulo peccatum? An vitam æternam in Circulum redegi? Nonne tantum dicta illa ſacræ ſcripturæ iam allegata eidem incluſa ſunt.

IX.

Speculū veræ & degeneris Eccleſiæ ſub nouo Teſtam.

D. D. Hoc carperet & S. Paulum & ipſum Chriſtum.

Imago ſpeculi ex N. T. veræ & degeneris Eccleſiæ. Vbi S. Paulus in ſua Panoplia depictus proponitur Epheſ. 6. habens ſpeculum, in quod intuetur & ait: ſe faciem ſuam non velare, vti Moyſes, ſed gloriam Domini tanquam in ſpeculo contemplari. An etiam hic carpes S. Paulum, quod ſub imagine integræ militaris armaturæ, de ſpirituali loquitur, & eam quaſi ad oculum depingit? An dices eum hîc luſiſſe? ſic enim nec ipſe Chriſtus obtrectationes tuas effugeret, qui per ſimilitudines & parabolas de Regno ſuo docuit: quæ parabolæ & ſimilitudines, quid aliud erant, quam occultæ figuræ verbis quidem expreſſis adumbratæ, ſed coloribus nondum depictæ?

X.

Imago Chriſti & Anti-Chriſti.

Abſoluto Horologio ſolari imago proponitur Chriſti & Anti Chriſti: illa ſub ſpecie agni: hæc ſub ſpecie lupi pelle agni induti. Vbi aio etiam in Mahomete AntiChriſtum ex ſacra ſcriptura depingi. Quæſo benigne lector lege & iudica an hic peccatum ſit?

XI.

Harmonia fidei ſub Lunari & Solari Horologio.

Imago Harmoniæ Lunaris & Solaris Horologii.

Vbi Lunare & Solare Horologium manus ſibi præbent cum hoc verſiculo:

Sic vetus atq; nouum coniungit gratia Chriſti.

Deinde ſequitur breuis tabella Harmoniaca doctrinæ V. & N. Teſtamenti, ſeruiens tum ad erudiendum, tum ad lætitia adficiendum lectorem; quod vna fides à condito mundo omnium electorum DEI fuerit, eſt & erit, vſque ad mundi conſummationem. An non hæc D. Doctor potius collau-

collaudanda, quam carpenda & calumnianda? Quem enim illa copulatio manuum offendit? niſi fortè eum, qui diſcordias ſeminat & diſtractiones amat & promouet, qualis eſt D. D. Hoe.

XII.

Synopſi fabularum Alcorani, præponitur figura Mahometis in forma lupi pelle ouili induti: vtpote qui V. & N. Teſtamentum in fabellas ſuas transmutare conatus eſt. Hic lupus erectus ſtans ſpumas contra Chriſtum cælum verſus exſpuit, atque ita ſeipſum conſpurcando ſic eidem Chriſto, ſagitta in cælum directa, bellum inferre nititur. Eidem imagini adiuncta eſt, virga, baculus, ſerra, & ſecuris, eò quod Eſaias ita Aſſirium nominat, quod ſit virga iræ Dei: quem Aſſirium Turcarum Tyrannus nunc repræſentat. Quid hic offendiculi tibi D. Doctor datum?

Imago Mahometis.

Eſai. cap. 10

XIII.

Mahometanæ religionis figura eſt. Vbi liber Alcorani antiqua lingua Arabica conſcriptus, pendili ſera firmiſſime obſeratus eſt cum titulo, Myſterium iniquitatis: quia ſcilicet nulli Turcarum licet legere Alcoranum, ne fabulæ illæ innoteſcant: & milleſimus quiſque ſacerdotum non intelligit linguam illam antiquam Arabicam.

Figura Mahometanæ Religionis.

Deinde depicta eſt ipſorum religio in multitudine lampadum, quibus in templis ſuis, cum ſint cæci, vtuntur. Item mos eorum, procidendi in terram, eam exoſculandi, & verſus Mecham orandi, vna cum ablutionibus eorum. Quem hic D. Doctor offendi, depingendo Turcarum religionem? niſi forte quod Sole lucente de die, adhuc tibi accenſæ in Templis candelæ placent.

XIV.

Apoſtatæ ad Turcas profugientes depinguntur hoc modo. Stat in medio imago Chriſtiani, cui è cælo iugum Chriſti & corona, ſi legitime militauerit, offertur: ſed Apoſtata ait: Vale, durum iugum & incertum ſtipendium. Vnde ad fœminam quæ mundum repræſentat, & ei munera offert, accedit inquiēs; Salue pręſens & certum ſtipendium. Sequitur mors Apoſtatam à tergo iniecto ei laqueo, aiens: non euades: ſtipendium enim peccati mors eſt. Quem hic D. Doctor læſi? Imo quod hoſce Apoſtatas veluti reprobos & vaſa iræ Dei ex tractatu B. Lutheri contra Eraſmum de ſeruo Arbit. confundam, & ſcandalis quæ per hos Apoſtatas fidelibus Chriſti euenire poſſent Conſtantinopoli occurrerim, & ea nunc tandem domum rediens Circulo meo inſeruerim & in publicum ediderim, mihi iraſceris? Adeò, vt in toto meo Circulo nihil magis te pene offendat: quam tractatus ille contra Apoſtatas, de quo infra ſuo loco dicetur.

Apoſtatarū figura.

D. Doctori diſplicet doctrina Lutheri contra Apoſtatas, fideles Chriſti confirmatos.

XV.

Figura, ceremoniis pollutorum Græcorum.

Colloquiis meis cum Græcis Conſtantinopolitanis de ceremoniis eorum præter & contra verbum DEI inſtitutis, præfixi tabellam agri: cuius pars ſimplici conſita tritico, profert fructus vberrimos abſque zizania, & aliis floribus inutilibus: altera pars manans ſterillis, inculta & in qua parum tritici, aut frumenti boni ſeminatum, ideò quoque parum boni frumenti profert, ſed ſpinas, tribulos & zizaniam, omniſque generis diuerſorum colorum flores inutiles. Hanc aio à pueris & ſtultis collaudari ob varietatem florum: illam autem priorem agri partem ſimplici ſemine ſiue hordei, ſiue tritici conſitam & ſolum frumentum proferentem contemni. Hinc annuo, quàm vtile ſit, in exercenda religione ſimplicitatem Apoſtolicam ſequi, ſpreto iudicio eorum: qui pulchritudine agri ſterilis & multis inutilibuſque floribus paſci volunt. Sed hæc fortaſſe tibi D.D. non placent: quia ſcilicet imagines & ritus ab Apoſtolis non vſurpatos adhuc in Templis ad complacendum plebi collaudas.

XVI.

Iudæorum Thalmudus ſpreto DEI verbo.

De Iudæis Conſtantinopolitanis verba facturus, quorum alii Talmudo, alii Moſaici legi ſeſe adhærere gloriantur, proponitur figura collocato in medio Talmudo aperto, in quem ex vtraque parte Iudæi facibus accenſis intuentur: deſuprà vero liber Moyſis & Prophetæ occluſi ſunt. Cæterum lampades accenſæ ibi ſuſpenſæ ſunt. Item Eſaiæ verba ad eos citantur Eſai. 59. verſic. 10. Cæcis ſemper eſſe tenebras: quare ad legem & teſtimonia accurrendum Eſai. 8. verſ. 20. Quid hic quoque peccatum?

XVII.

Socinianorum imago.

Demonſtraturus Socinianos ſucceſſiſſe Arrio, & veram progeniem Mahometis eſſe, curaui pingendum lupum, honeſta veſte miniſtri Euangelici indutum: qui erectis ſtans pedibus, librum blaſphemiæ apertum tenet, & cælum verſus ſpuit, conſpuendo non Chriſtum & eius veritatem, ſed ſeipſum: vti & in Mahometis figura idem demonſtratum eſt. An hic aliquid peccatum?

XVIII.

Cacochymicorum imago.

Cacochymicos & aureorum ſeculorum ſomniatores ſic depingo. Nempe Cacochymiſtâ per deſtillationes lapidem philoſophicum quærente alius & verus lapis à Dauide, Daniele, Chriſto & Apoſtolis prædictus in nubibus apparet, contriturus regna mundi, & vere aurea ſecula daturus. Quid hic peccatum D. Doctor? niſi in Cacochymicos: vbi

vbi & in fratres Roſeæ Crucis inquiritur: an eorum doctrina ex Deo ſit:& an non pro Enthuſiaſtis & quidem iis habendi ſint: quia verbo Dei abducunt, ſub ſpe nouarum reuelationum. Hic forſan quoque non peccaui?

XIX.

Tempeſtatũ mundi imago.

Adumbraturus tempeſtates mundi, poſui figuram Solis in medio denſiſſimarum nubium & horrenda tempeſtate, tonante Cælo, fulmine, grandine, ſegetes, animalia, hominesque feriente, mare commouente, pereuntibus naufragio multis, verum non omnibus: cui tamen Soli, id eſt, Chriſto ſua ſerenitas ſemper conſtat, & hac ille electis ſuis, non ſecus ceu in tenebris Aegyptiacis lucet, licet Aegyptiaci eius lucis participes non ſint. Atque hac figura reliquas figuras & circulos meos concluſi, committens hæc omnia iudicio boni & candidi lectoris, cui datum eſt à Deo: etiam in medio Aegypti cum Iſraelitis inter denſiſſimas tenebras opera Dei intueri.

Cur harum figurarum hic mentio fiat.

D. Hoe temeritas in redarguendis his figuris.

Hæc ideo hic repetenda duxi, vt conſtaret candido lectori, malè mihi à te D. Doctor illud adſcribi: quod in rebus ſumme arduis luſus ingenij adhibuerim: quod Circulatoriis delineationibus aliiſque picturis, in myſteriis diuinis vſus ſim, & quidem talibus, quibus alii diuinorum myſteriorum abyſſum in rationis humanæ gyrum redigere conati ſunt; cum tamen idipſum ne vnica harum picturarum in æternum ſis demonſtraturus. Quin imo ego Deo volente demonſtrabo Te in noſtra in Chriſto electione, reiecto verbo Dei, & B. Lutheri doctrina eidem verbo Dei conformi, ſola ratione humana niti, in Circulis vero meis nihil horum conſpici, multo minus in ipſis verbis & integro meo Horologico tractatu. Vnde haſce calumnias à te proficiſci ex mero odio facile apparet: quia forſan tu talium figurarum author & inuentor non es. Hinc ſtudium illud tuum & pruritus obtrectandi & calumniandi; (â quo te alieniſſimum eſſe dicebas) in ipſo Epiſtolæ ad me tuæ initio palam conſpicuum facis: A quibus calumniis niſi me neceſſario hic purgaſſem, fortaſſe apud eos qui deſtituerentur circulo meo in ſuſpicionem incurrerem: me aliquas turpes, inconuenientes, prophanas & blaſphemas imagines Horologio meo inſeruiſſe. Et quis quæſo Te Cenſorem meorum Circulorum & figurarum mearum fecit? Nonne hoc eſt ſummæ temeritatis & planè alienum à tua vocatione: cum non modo hic nihil contra Devm & veritatem eius pictum & ſcriptum: ſed primò in gratiam Filii mei domi meditatum, & deinde vrgentibus bonis viris in publicum editum ſit: in quo conſcribendo nihil difficilius fuit, quam breuitas illa, qua ſtudui, vt miſcellanea iſta mea tractando, paucis quæ verbo

Ad cauillationem figurarum cur author Circuli reſpondet.

Dei ſunt & quæ non ſunt conſentanea, multa complecterer, & hæc omnia, vti dixi, ad erudiendum filium meum, idque peculiari inuentione & methodo, directa, non ad oſtentandum, ſed ædificandum. O quam ſubito contra promiſſum factus es impotens immoderatiſſimorum tuorum adfectuum! quàm citò, qui ſpeciem agni manſueti præ te ferebas, vngues leonis monſtras, proditurus tandem leo, ad omnes qui tecum non ſentiunt, carpendos, condemnandos, & ſi fieri poſſet laniandos. Ac quia in meos Circulos & figuras tantopere inueheris, quod per eas myſteria Dei in gyrum rationis humanæ includam; cur quæſo non expreſsè nominaſti, in quo Circulo & in qua figura hæc conſpiciantur? Sed quia nihil horum à Te factum, ergo hæc audacia calumniandi Circulos & figuras meas profecta eſt ex mera inuidia; id quod quiuis lector, qui modo Chriſtianus & iudicio naturali præditus eſt, facile cognoſcet. Sed deſino iam in me purgando longior eſſe, cum non me, ſed teipſum iſtis captiunculis, morſiunculis, cachinnis & ſarcaſmis commaculaueris, & hoc quidem initio tuæ Epiſtolæ ad me. Iam ergò ſubſequentia examinanda erunt.

D. Hoe alios carpendo, ſe ipſum commaculat.

Fol. 8.

Ais de me, opinionem T. Generoſitatis de imperfecta Dei in altera vita cognitione ſcripturæ ſacræ διαῤῥήδην contrariari crede. Ita enim habent Horologii verba pag. 3. In futura in cœlis vita neque homines neque Angelos capaces fore puto, ad perfecte cognoſcendum qualis Deus ſit in ſua eſſentia.

D. D. Hoe ait ſe perfecte agniturum in vita æterna, qualis eſt DEVS in ſua eſſentia.

Hæc ego adfirmo, tu negas, adducendo in patrocinium dictum Matth. 18. verſ. 10. de Angelis Dei, qui διὰ παντὸς faciem Dei vident. Item 1. ad Corinthios 13. verſ. 10. & 12. vbi illud Apoſtoli vrges, dicentis: Vbi venerit, quod perfectum eſt, tum quod ex parte eſt, abolebitur. Item, cognoſcam ſicut & cognitus ſum.

Ex his concludis, nos in vita æterna perfectam cognitionem habituros, qualis Devs ſit in ſua eſſentia. Hæc à tanto Theologo adfirmari miror. Etenim ſi in altera vita perfectio noſtra tanta non erit, vt cognoſcamus, quales ſint homines & Angeli intrinſecus in ſua eſſentia: quanto minus dabitur creaturæ tanta perfectio: vt cognoſcat Devm, qualis ille ſit, in ſua incomprehenſibili eſſentia, quam noticiam cum nulla creatura in omnem æternitatem communicaturus eſt. Solius enim Dei hoc proprium eſt: noſſe ſeipſum perfecte: creatura autem nouit creatorem eatenus, quatenus ipſi datur noſſe, ſiue in hac ſiue in futura dabitur vita. Quemadmodum ſcriptura docet, nos ita ſentire oportere: vt Deo maneat ſua gloria ſumma & imperueſti-

ueſtigabilis. Vnde recte DEVS per Moyſen loquitur Deut.29. Myſteria mea mihi. Et Eſaias deſcribens viſionem DEI in throno ſedentis, addit, Herubinos alis ſuis contexiſſe faciem coram maieſtate Dei. Quod ſi coram externa comparitione eſſentiæ DEI in ſua maieſtate Herubini humiliantes ſeſe facies ſuas alis contegebant, iudicantes vix capaces ſe eſſe contemplandæ externæ maieſtatis DEI; quis quæſo dixerit Herubinos perfectam habuiſſe cognitionem videndi DEVM in ſua interna eſſentia, aut potuiſſe eum contemplari? Hoc ergo ſi Angelis non datum eſt, quanto minus hominibus. Et certe liber Iobi, non de nihilo Angelorum, iam in ſtatu ſuo perfecte conſtitutorum, facit mentionem imperfectionis, non ſane reſpectu perfectionis cum ipſis communicatæ; ſed reſpectu perfectionis abſolutiſſimæ, quę in ſolo DEO eſt, & hæc Angelorum imperfectio ad ſolum DEVM reſtringenda eſt. Iob. 4. v. 18. Iſai. 15. v. 15. Angelis autem in futura vita nulla maior accedet perfectio & noticia: electi quoque non erunt Angelis ſuperiores, ſed ipſis pares in gloria & noticia DEI. Differentia ergo tenenda eſt inter cognitionem DEI, quæ conuenit & datur creaturę proportionaliter, & inter illam abſolutiſſimam quę in ipſo & ſolo DEO eſt. Hanc ſententiam confirmant etiam noui Teſtamenti teſtimonia. Sic enim D. Ioannis 18. dicit: DEVM nemo vidit vnquam: vnigenitus filius qui eſt in ſinu Patris, ille nobis expoſuit. Item Ioan. 6. v. 46. Non quod Patrem viderit quiſquam, niſi is, qui eſt à DEO, hic vidit Patrē (nempe filius DEI) Item nemo nouit filium, niſi Pater, neque Patrem quiſquam nouit, niſi filius, & cuicunque voluerit filius retegere. Matt. 11. v. 27. Retegit autem prout vult in menſura, non in æquabilitate & immenſitate ſua. Præterea Pauli dictum expreſſe hoc adfirmat, hominem non poſſe videre DEVM nō ſolum externo viſu in eſſentia eius, ſed neque perfecte quoad notitiam abſolutiſſimam ſolique DEO propriam. Ita enim ſcribit 1. Timoth. 6. Qui (ſcilicet DEVS) ſolus habet immortalitatem, lucem habitans inacceſſam: quem vidit nemo hominum, neque videre poteſt. Addam & hoc, Angelos non potuiſſe noſſe & introſpicere DEI arcana (quæ per Euangelium erant retegenda) antequam ipſis reuelata eſſent per Eccleſiam diuina diſpenſatione: formalia hæc ſunt: Mihi longe minimo omnium ſanctorum (ecce laudem ſummam in ſumma humilitate) data eſt hæc gratia Euangelizandi inter gentes, imperueſtigabiles illas opes Chriſti, & in lucem proferendi omnibus, quæ ſit communio myſterii, quod erat abſconditum à ſeculis in DEO: vt nota nunc fiat per Eccleſiam imperiis ac poteſtatibus, quę in cœlis ſunt, multiformis illa ſapientia DEI ſecundum propoſitum ęternum, quod conſtituit in Chriſto Ieſu Domino noſtro Epheſ. 3. v. 8. 9. 10. Si igitur Angeli notitiam & cognitionem DEI perfectam habebant, vtique etiam myſteriorum eius: & ſi myſteria in DEO repoſita no-

uerunt perfectè, ergò & eſſentiam. Sed neutrum concedit Apoſtolus. Quorſum enim reuelaretur poſtremis temporibus, quod à creatione ſui nouerunt, vel ſaltem poſt confirmationem ſuam? Et ſi myſteria Dei Eccleſiæ reuelata neſciebant, quomodo nouerant perfectè ipſum authorem arcanorum? Perplacet hic allegare etiam verba Apoſtoli eiuſdem de cognitione Dei intrinſeca. Sic dicit Paulus 1. Corinth. 2. verſ. 10. Spiritus Dei omnia ſcrutatur, etiam profunditates Dei. Quis enim hominum nouit ea, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui eſt in eo: ita etiam quæ ſunt Dei, nemo nouit, niſi ſpiritus Dei. Quod autem reuelet per ſpiritum ſuum & Angelis & hominibus aliqua arcana, hinc non ſequitur: omnia & perfecte eos cognoſcere, quæ in Deo ſunt: multo minus ipſum Devm, quoad eſſentiam ſuam imperſcrutabilem. Vere enim dicit Propheta Eſai. 20. v. 29. Devm eſſe admirabilem in conſilio & in ſuo eſſe. Sed vrges dictum Matt. quod Angeli διὰ παντὸς faciem Dei vident. At διὰ παντὸς, non eſt perfectè, ſed ſemper & omni tempore videre faciem Dei. Sic quotidiè nos mortales Cœlum, terram, homines, aliaſque res creatas intuemur extrinſecus, ſed quales perfectè in ſe ſunt, cognoſcere non poſſumus.

S. Paulus, quomodo Hypocritas deſcribit.

Cæterum ea, quæ adfers ex Paulo de futura noſtra in Cœlis perfectione, Diuus Paulus ad Corinthios nonnullos inflatos, tumidos, qui plus gloriolæ vanæ & non ædificantis ſcientiæ quàm conſeruandæ bonæ conſcientiæ ad ædificandum in charitate proximum, ſtudebant, applicat. Inculcat igitur cognitionem & eruditionem qualemcunque tandem abſque charitate erga proximum, imò quod magis eſt, vitæ & bonorum amiſſionem nullius eſſe momenti: quin potius, tales homines eſſe hypocritas, ſpe vitæ æternæ carentes, & gloriolæ vanæ memoriam in terris aliquam (vti eius qui Dianæ templum accendit) poſt ſe relinquere ſtudentes, aut quales columnæ Abſolonis erant.

De talibus inquam hypocritis, quales noſtro ſeculo multi ſunt, qui ſuis ſcriptis & ſua ſcientia, abſque bona conſcientia poſteritati inclareſcere atque commendari volunt, veriſſime loquitur Apoſtolus, admonendo eos officij, grauiter proteſtatus, ſectamini pacem, charitatem & ſanctitatem, ſine qua Devm nemo videbit. Item: Nihil facito per inanem gloriam ſed omnia ad ædificationem. Vtinam ergò hoc expenderent contentioſi noſtri ſeculi Theologi: quibus non modò hic ſcopus eſt: vt ob tuendam authoritatem ſuam, in conceptis malè opinionibus veritatem Dei calumnioſè traducant, ſed vt ad ima quoque Tartara confratres in Chriſto ſuos condemnent. Sed Deo ſit laus: quod talibus non ſint concreditæ claues Dauidis, ſed Chriſto: qui cui Cœlum aperit nemo illud claudere, & cui claudit, nemo illud aperire poteſt. Apoc. 3.

D. D. Hoc non ſunt cõcredita claues caleſtes.

De

De perfecta autem illa in Cœlis cognitione noſtra, de qua Apoſtolus loquitur, ita ſentiendum eſt: quod jam ceſſantibus mediis iſtis, nimirum ſacra ſcriptura & miniſtris, ad patefaciendam nobis voluntatem DEI, ordinatis in militante Eccleſia, cum ſimus adhuc ſub fide & ſpe (quæ omnia teſte Apoſtolo ceſſabunt, permanſura in æternum charitate) tunc omnes maximi & minimi teſte Propheta & S. Petro DEVM cognoſcent, exiſtente in illa cœleſti Academia ſolo Chriſto Doctore: in quo opera DEI ipſumque DEVM in omnem æternitatem contemplabimur, quemadmodum ab eo edocti fuerimus. Sic teſte Eſaia & Sancto Ioanne in Apocalypſi, in vita æterna non erit Sol neque Luna, ſed DEVS erit lumen noſtrum. *Quomodo cœleſti in æterna vita DEVM contemplabũtur.*

Quare contentioſis Theologis hoc potiùs agendum: vt viam, qua ad DEVM in cœlos perueniatur, quærant potius cum charitate, ſplendente luce eorum coram hominibus, ædificent, & non condemnent proximum præſertim in fundamento conſentientem, qui ſuo Domino ſtat & cadit, non præſumant ſe DEVM in ipſius eſſentia, qua in ſe ſit, perfecte viſuros.

Fol. 9.

Ais, quod videar pungere doctrinam veſtram de omnipræſentia Chriſti ſecundum vtramque naturam, quum dico: Si corpus Chriſti glorificatum, infinitum & vbique eſſet, fore vt euaneſceret ſpes noſtra de vera corporum noſtrorum reſurrectione, euaneſceret & fides noſtra de veritate naturæ humanæ à Chriſto aſſumtæ. *De vbiquitate corporis Chriſti.*

Hæc non modò alij abundè ex verbo Dei demonſtrant, ad quos te remitto, ſed ipſimet Romano-Catholici idipſum conſtanter docent.

Si Chriſtus, inquiunt, ſecundum humanitatem ſuam vbique eſſet, tunc ſequeretur hoc abſurdiſſimum & hæreticum: Chriſtum neque vere conceptum, neque vere natum, neque aſſumpſiſſe noſtram humanam naturam, neque hic in terris commoratum, neque paſſum, neque crucifixum, neque vere mortuum, reſuſcitatum, denique neque vere in Cœlum aſcendiſſe, & ad dextram Patris ſedere, neque inde vere ad judicandum viuos & mortuos venturum. Ac videris ipſe huic orthodoxæ doctrinæ aſſentiri, dum ita ad me ſcribis: Certò quidem ſcio, à nemine noſtrum carni vel corpori Chriſti infinitatem & omnipræſentiam eſſentialem attribui. Corpus enim Filij DEI, etiam num quoad proprietates naturales σῶμα eſſe περίγραπτον, id eſt, corpus circumſcriptũ vnanimiter fatemur. Vnde nec localiter, vel eſſentialiter pluribus in locis præſens exiſtere docemus. Quia vero traducimur, quaſi infinitatẽ & vbiquitatẽ corporis Chriſti naturalẽ tradamus, obſecro, mi Ill. D. Budovvici, ne hoſtib. noſtris fidẽ habeas. *Ipſimet Romano-Catholici refutant vbiquitarios.* *D. D. Hoe incipit ad ſanam mentem redire.*

Quic-

Quicquid enim, quam veritatem naturæ humanæ, in Chriſto eripi nobis patiemur.

Sed ſubiungis: Corpus quod Filius DEI, in vnitatem perſonæ ſuæ aſſumpſit, verum quidem eſt, & manet humanum corpus, ſublimatum autem & σύνθρονον τοῦ θεοῦ, adeoque (ſine vlla tamen naturæ humanæ cum diuina, exæquatione, confuſione, abolitione) infinitæ potentiæ, maieſtatis & omnipræſentiæ. Hactenus tua verba: ex quibus neceſſario ſequitur, aut illa veriſſima eſſe, quæ ais, Chriſti corpus in cœlis eſſe circumſcriptum, & hic in terris non eſſe neque localiter neque eſſentialiter pluribus in locis præſens: ſicque vos infinitatem & vbiquitatem carnis naturalem non docere: aut hæc vera ſunt, ſicut de his ita ex verbo DEI credi debet: aut tua concluſio ex tam firmiſſimis præmiſſis, de omnipræſentia corporis Chriſti in terris conſiſtere non poteſt. Eſt enim hæc vltima tua aſſertio, prioribus penitus contraria. Sed vt vt ſit, gaudeo ex animo, vos iam magis ſobrie de hoc Articulo loqui, & non admittere nonnullos ex veſtris Doctoribus, eſſentialem corporis Chriſti præſentiam in omnibus rebus creatis, nempe elementis, herbis & omnibus creaturis, ſicuti aliqui, non ſine magno peccato & iniuria Chriſti ſtatuere & ſcriptis ſpargere auſi ſunt.

D.D Hoe ipſemet ſibi contradicit.

Horrendum abſurdum de corpore Chriſti fingitur à D. D. Hoe: habere Chriſti corpus eſſentiam duplicem, finitam & infinitam.

Fol. 11. & 12.

D Hoe diſſentit de Angelis electis, à S. Paulo.

Dum electionem Angelorum & hominum ſtatuo, hoc dogma ais valde Papiſmum redolere. At ſi ita Pontificij ſentiunt, eos recte ſentire adfirmarem. Sed male es illorum ſententiam aſſecutus: id quod deinde de noſtra in Chriſto electione, demonſtrabitur.

Nam quod ad Angelos bonos attinet, eos eſſe à DEO electos, docet hoc manifeſte S. Paulus 1. Timoth. 5. v. 21. ſcribens ad Timotheum: Obteſtor te (inquit) coram DEO & electis Angelis eius, &c.

Cui ergo magis credendum? tibine neganti, an verò S. Paulo adfirmanti? Idem de electione hominum iudicium eſto.

Demiror autem D. Doctorem veram ſententiam de electione Angelorum reieciſſe, & nullam ſuam, vel opinionem aliquam aſſignaſſe! Forſan ei nulla occurrebat, aut ſibi parum confidebat? Solummodo erat ad manus ratio quædam, cur electio Angelorum cum electione hominum non eſſet vno genere compræhendenda, ſcilicet propter donum perſeuerantiæ ipſis datum.

Quæ hæc ratio? Num & hominibus electis, DEVS non largitur donum perſeuerantiæ? Certe ſi nullus electorum perit, omnibus datur per gratiam donum perſeuerantiæ? ſicuti plurima ſcripturæ teſtimonia hoc docent: licet hoc diſcrimen ſit inter Angelos electos & homines electos: quod

quod Angeli non peccant nec peccare poſſunt, ſed homines electi poſſunt peccare & peccant, non tamen ad mortem: nec condemnationi eorum hoc imputatur, ſed propter Chriſtum remittitur. Quoniam vero DEVS bonitate & potentia ſua cuſtodit ipſos ad ſalutem æternam, itaque perueniunt ad finem fidei ſuæ, qui eſt, ſalus animarum & effectus doni perſeuerantiæ. Quocirca de Angelis nulla hæc eſt ratio ſolida: Angeli habent donum perſeuerantiæ, ergo eorum electio non ita ſe habet, quemadmodum electio hominum. Conſidera D. Doctor Angelos bonos demum poſt lapſum angelorum confirmatos eſſe & donum perſeuerãtiæ accepiſſe. Electio autem tum Angelorum tum hominum æterna fuit in DEO. Elegit eenim tum Angelos tum homines ante ipſorum & totius mundi creationem: elegit vtroſque eadem gratia & bonitate ſua: elegit in Chriſto, qui eſt caput totius Eccleſiæ, ex Angelis & hominibus ædificatæ: elegit ad vitam beatam æternamque. Hoc diſcriminis tantum eſt, quod Angeli boni nunquam lapſi ſint, ſed genus humanum totum lapſui obnoxium fuit. Itaque non opus habebant Angeli redemptione, vt Chriſtus pro ipſis pateretur: Sed nihilominus à DEO habebant hoc, ne peccarent: & quum Angeli plurimi alii laberentur & deſciſcerent à DEO, hi permanſerunt in principatu & ſtatu ſuo, confirmatique ſunt, vt fideles miniſtri gratia DEI in æternum.

Fol. 12.

Quod ex corrupta Adami imagine alii Carnis, alii Promiſſionis filii naſcantur, Te, vbi hoc in ſacris literis ſcriptum exſtet, ignorare, & eſſe hoc contra ſanam doctrinam.

D. D. Hoe craſſ. ignorantia ſacra ſcriptura in eo, quod alii ſint filii promiſſionis alii carnis.

Verum cum hæc expreſſe in ſacra ſcriptura exſtent, hanc ego tam craſſam ignorantiam in Theologo tam celebri & clariſſimo ſatis mirari nequeo. Sic enim Rom. cap. 9. verſ. 6. Apoſtolus loquitur: Non omnes qui ſunt ex Patre Iſraele, ſunt Iſrael: neque qui ſunt ſemen Abrahami, ideo omnes ſunt filii, ſed in Iſaaco vocabitur tibi ſemen: hoc eſt, NON QVI FILII CARNIS, II FILII DEI, SED QVI SVNT FILII PROMISSIONIS REPVTANTVR IN SEMINE. Nam & Rebecca, cum ex viro concepiſſet, nempe Iſaaco Patre noſtro hæc experta eſt. Nondum enim natis pueris, cum nihil feciſſent boni vel mali, vt præſtitutum illud DEI, quod eſt ſecundum ipſius electionem, id eſt non ex operibus, ſed ex vocante, firmum maneret: dictum eſt: maior ſeruiet minori: ſicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Nam Moyſi dicit, miſerebor cuius miſertus fuero, & commiſerabor, quem commiſeratus fuero. Item ad Galat. 4. verſic. 24 NOS IGITVR FRATRES SECVNDVM ISAC, PROMISSIONIS FILII SVMVS: SED QVEMADMODVM TVNC IS, QVI SE-

CVNDVM CARNEM GENITVS FVERAT, PERSEQVEBATVR EVM, QVI NATVS ERAT SECVNDVM SPIRITVM, ITA ET NVNC FIT.

Hic vides D. Doctor. licet omnes homines filii iræ naſcantur Epheſ. 2. verſ. 3. tamen Apoſtolum in iis omnibus, qui ita naſcuntur natura filii carnis, fecit diuiſionem: nempe quod alii imperſcrutabili, ſed iuſtiſſimo Dei iudicio, naſcantur filii carnis, alii promiſſionis. Itaque mea quæ ſcribo, conueniunt ſanæ doctrinæ, illa autem quæ tu arguis, ignorantiæ tuæ, aut conſuetæ oblocutioni ſunt adſcribenda: de qua re deinde plura audiemus ex B. Luthero contra Eraſmum.

Fol. 13.

D. D. Hoc non intelligens comparationẽ prouerbiorum Salomonis cum Pſalmis Dauidis, eam carpit.

Ais, Clariſſime Dom. Doctor, te non aſſequi, cur dicam folio decimo ſeptimo Salomonis prouerbia, reſpectu ſapientiæ Dauidicæ in Pſalmis, terrenum quiddam ſapere: ſiquidem Spiritum Sanctum non minus per Salomonem, quam per alios locutum eſſe cæleſtia indubitanter hactenus Chriſtiana Eccleſia crediderit.

At quorſum Dom. Doctori opus fuit hæc carpere, & ſimpliciores eo opinionis deducere: ac ſi doceam, Salomonem caruiſſe Spiritu Sancto, atque ita per conſequens ſaluatum non eſſe: cum tamen nobis conſtet eum ob idolatriam (in quam ſapientum ſapientiſſimus deceptus ſapientia carnis prolapſus fuerat) pœnitentiam egiſſe. Quare ſcis me in deſcriptione Salomonis fol. 36. hæc de eo ſcribere.

Salomon Chriſtum nominat æternam illam ſapientiam, per quam omnia creata ſunt: & quæ ab æterno cum Deo fuit: cum illo eſt collocuta: particepſque eius gloriæ facta.

In qua tamen gloria Devs, vti ei placuit, ad tempus certum ſeſe celauit. In canticis, myſtice Chriſtum ſponſum cum ſua ſponſa Eccleſia decantat. Veram Eccleſiam ait ex ſolo verbo Dei ſapere: contrà verò omnes abſque verbo Dei deſipere: adeo, vt & oratio ad Devm eorum, qui verbo Dei regi nolunt, ſit abominationi. De mundo & politica ſapientia plura ſcripſit quam Dauid. Sed Dauid in ſuis Pſalmis magis Deo, quam mundo placere ſtuduit.

En tibi D. D. interpretationem iſtius mei dicti, in circulo meo, fol. 17. à me poſiti, & à te in tua Epiſtola fol. 13 allegati!

Nonne hic conſuetum tuum ingenium, vti pene in omnibus polemicis ſcriptis, prodis? vt omiſſo vero authoris ſenſu, mutilata tantum imperito & incauto lectori proponas: quibus ſcripta eius veluti ſacræ ſcripturæ contraria in odium inducas. Nonne vides, me collationem

tantum

tantum facere donorum Spiritus Sancti in Dauide & Salomone, non vero Salomonem priuare donis Spiritus Sancti? Petiit ſapientiam à Deo Salomon: hæc illi data eſt, qua omnes mortales ſuperauit, tum Monarchas in diſponendo regno & aula ſua, tum philoſophos in indagandis arcanis naturæ. Sed quia dico, ſapientiam illam in prouerbiis eius reſpectu Dauidicæ in pſalmis terrenum aliquid ſapere, dico: non quoad vnius eiuſdemque ſpiritus Dei ſapientiam aliã atq; aliã, ſed quoad obiectum ſcripti: circa quod Dauid & Salomon diuerſimode occupabantur, vno tamen eodemque ſpiritu Dei interloquendum & ſcribendum inſtructi. Quemadmodum & Paulus de eadem re diſſerit, dicens: Diſtinctiones ſunt donorum, ſed idem ſpiritus, diſtribuens priuatim ſingulis ſicuti vult. 1. ad Corinthios duodecimo verſ. 4. 11. Per vtrumque ergo & per Dauidem & per Salomonem ſpiritus ſanctus eſt locutus, pro menſura donorum ſuorum. Sic Ioannes Euangeliſta altius Aquilæ inſtar euolabat, & myſteria diuinitatis Chriſti, deſcribebat cæteris Apoſtolis: ſicuti & Paulus de electione Dei diſſerens, atteſtante Petro, difficiliora quædam quibuſdam ſcripſiſſe, viſus eſt ſecundum ſapientiam ſibi à Deo reuelatam: ſane ſcripta alii bene alij male intelligebant: pii & ſynceri ad ſalutem illis vtebantur, reliqui temerarij ad proprium interitum ſuum abutebantur.

Fol. 14.

Votum meum eſſe inaniſſimum ais: dum expeto: vt Huſſi, Lutheri, & Caluini diſcipuli, tam belle inter ſe in terris conſentirent, & alii alios tolerarent ac amarent, ſicuti inter hos tres viros in cælis conuenit: tibi enim quod tres illi viri in Cælis coniuncti ſint, nunquam vllum hominum neq; angelorum perſuaſurum. *D. D. Hoe horrenda cõdẽnationes.*

Quid ſi adiungerem iiſdem in Cælis viris Leonem Magnum Pontificem: qui in illa Epiſtola ad Flauianum Epiſcopum Conſtantinopolitanũ virum pium non modo ſui temporis Euthychianos grauiſſime & eximiis fundamentis ſcripturæ ſacræ refutauit, ſed cuius Epiſtola adhuc hodie ſufficientiſſima eſt, ad deliria noſtri temporis nouorum Euthychianorum euertenda & in nihilum redigenda.

Quid ſi adiunxero & Gregorium Magnum? qui Papa dici noluit, & primatui in Eccleſia ſummopere contradixit: quorum vtrorumque & aliorum ſcripta etiam hodie non ſine vtilitate leguntur: licet multum ſtructuræ in illis ex lignis, ſtramine, ſtipulis, & fœno (prout tunc tempora iam paulatim à ſimplicitate & veritate Apoſtolica degenerantia, erant) reperiantur: quæ probam ignis ſpiritus ſancti examinantis ea ſole iuſtitiæ Chriſti, & impurum à puro ſeparante, non ferunt:

ſic tamen vt quæ ex auro & argento in vnico Chriſti fundamento ædificata ſunt, non pereant, ſed nitidiora & politiora reddantur: Ea Te quoque ſicut ſcripta Zanchij (qui inſigne illud opus contra Arrianos, etiam à Pontificiis collaudatum, ſcripſit) & aliorum orthodoxorum ſcripta cane & angue peius odio proſequi dices? An temeraria & impia condemnatione vociferabis, nullum neque hominum neque Angelorum tibi perſuaſurum eſſe eos ſaluos factos? Sanctus Paulus quidem in omnes & in ſeſe & in Angelos Anathema edixit: ſi diuerſum ab eius Euangelio docerent: & qui in Euangelio eius acquieſcerent, his æternam ſalutem denunciat. Iam illi quos Tu condemnas, credunt eſſe æternam in Chriſto noſtram electionem, per Prophetas, Chriſtum & Apoſtolos eius prædicatam: Tu non credis, ſed blaſphemam, impiam & diabolicam, vti infrà audietur, aſſeris: & quod aſſequi non potes, aut aſſequutum profiteri vereris: alios ob id inaudita condemnatione condemnas, & Cælum illis claudis, ac ſi Te DEVS ianitorem Cæli ſummum feciſſet. Bona verba quæſo D. Doctor. Vide, ne Tibi claudatur Cælum, omnes tecum non ſentientes, damnanti. DEVM teſtor, me toto pectore exhorreſcere ſuper iſtas tuas temerarias condemnationes: quæ magis priuatum odium, quam verum DEI zelum, quamque ſanum iudicium, ſapiunt. Nihil vnquam ſimile à B. Luthero factum: licet in nonnullis à ſuis in Chriſto confratribus in ſtructura diuerſis diſſentiebat, ſed in fundamento ſalutis conſentiebat: quin imò quam arctam amicitiam, cum aliquibus eorum, quos Tu condemnas, coluerit, id literæ eius ad ipſos ſcriptæ, teſtantur: qui ſi nunc è mortuis reſurgeret, feriret Anathemate omnes eiuſmodi confratrum in Chriſto ſuorum condemnationes. Quare D. Doctor meditanda tibi eſt vox S. Pauli, dicentis ad contentioſos: Vos ipſos probate an ſitis ex fide: an Chriſtus habitet in cordibus veſtris, niſi reprobi ſitis: & tu quis es, qui alienum ſeruum condemnas? Chriſto Filio DEI, datum eſt omne iudicium de ſaluandis & condemnandis: ille ſolus eſt conſtitutus a Patre iudex viuorum & mortuorum. Et recte D. Auguſtinus in Euangel. Ioannis tract. 45. Tomo ſeptimo fol. 137. Pariſienſis impreſſionis Ann. 1586. verba faciens de bono paſtore & ouili eius, CHRISTVS, inquit, SVAS OVES NOVIT, LICET IPSAE ALIQVANDO SE NESCIANT; QVAM MVLTAE OVES FORIS, ET MVLTI LVPI INTVS. Hactenus Auguſtinus. Enitendum itaque omnibus Paſtoribus, ne condemnationibus eiuſmodi naturam lupi aſſumentes, cum aliis lupis rapacibus dignam mercedem reportent.

B. Lutherus cõfratres in Chriſto non cõdẽnabat.

Illuſtre B. Auguſtini dictum de omnibus & lupis.

Fol. 15.

Gloriaris, Te vita ipſa tua pacem & conglutinationẽ Eccleſiarum redimere

mere velle,ſi modò poſſes: adeò enim Te pacem, adeò vnitatem amare & expetere.

Verùm nemo pene noſtro ſeculo eidem,licet iniuſtiſſime & per palpabiles calumnias magis contradicit, & quaſi funeſtiſſimo bello eandem oppugnat, quam Tu: cui non modò è terra illuſtria DEI organa excommunicare,ſed etiam ſi fieri poſſet,è cœlis detrudere,volupe eſſet. Hinc apparet, Te non pacem Eccleſiæ expetere: ſed picem & ſulphur igni, quantum in te eſt,ad incendium inter Euangelicos excitandũ ſuggerere velle. ſed fruſtra & veritati DEI, & cœlo ipſique DEO bellum inferre conaris.

D. D. Hoe nihil minus quam pacem quærit.

Fol. 16.

Adfers poſtea;contra ſcripturas eſſe:quod ſalutis noſtræ cauſam ex electione noſtra in Chriſto ſtatuam.

D. D. Hoe negat fidem veram ex electione noſtra in Chriſto factã manare.

Hic videre licet,quam non modò ſacrarum literarum; ſed ipſius B. Lutheri doctrinæ in hoc articulo, ignarus ſis. An non tibi Biblia recentia Germanica Lutheri, cum conſenſu ſereniſſimi Electoris Auguſti piæ memoriæ Ann. 1581. impreſſa,ſunt nota? in quibus Lutherus capite ad Romanos 9. in margine ita annotauit: **von der ewigen verſehung/ da der Glaube fleuſſet/** id eſt,de æterna prædeſtinatione; vnde fides promanat. Ecce D. Doctor,non vides B. Lutheri eadem verba eſſe,qualia mea ſunt, Fidei noſtræ cauſam ab electione,vel,vt Lutherus loquitur,ab æterna prædeſtinatione promanare.

Probatur etiã ex ipſo Luthero.

Tu tamen non vereris dicere id contra ſcripturas eſſe. O cæcitatem vel contumaciam miram! vt lutum cum figulo expoſtulet, & ſpiritum ſanctum mendacij arguat. An mereris dici diſcipulus Lutheri? Quæſo benigne lector, lege etiam eodem cap. Ro. 9. ſummam eiuſdem capitis à Luthero conſignatam: vbi de Electione Iacobi & reiectione Eſau, antequam naſcerentur, diſſerit: & compeſcit oblocutores, contra æternam Dei in electis ſaluandis, & reprobis damnandis, prædeſtinationem & voluntatem.

Vide igitur D. Doctor, quod hanc doctrinam non tantum ſtatuam, ſed firmiſſimè ex immoto & irrefutabili verbo Dei,quod adfirmo,ſtabiliam. Vide quæſo qualiter fabellæ illæ quorundam veſtrorum Theologorum conſiſtant, qui aiunt, B. Lutherum hanc doctrinam ante mortem reuocaſſe,aut poſterioribus ſcriptis emendaſſe. En tibi Biblica marginalia, iam allegata,& recens Ann. 1581. cum conſenſu Electoris & cenſura Vvittebergenſium Theologorum impreſſa: adeoq; vt Tibi, tuiq; ſimilibus impoſſibile ſit,fabellas de reuocatione Lutheri probare: ſicuti Iudæorum commentum: qui cuſtodes ſepulchri Chriſti pecunia corruperant,

vt in vulgus ſpargerent, Chriſtum non ſurrexiſſe, ſed noctu à quibuſdam ablatum. His quidem plebi perſuaſum: verum conſcientia cuſtodum, tum eorum, qui cuſtodibus hæc loquenda perſuaſerant dictabat eſſe putidiſſima mendacia. Ac mirum quod non etiam coneris rudioribus perſuadere, Moyſen & Prophetas, Chriſtum & Apoſtolos, per poſteriores ſuos ſermones & ſcripta hanc doctrinam de electis & reprobis quoque reuocaſſe aut correxiſſe.

Verum cum clariſſima noſtri ſeculi, Eccleſiæ Chriſti lumina, hanc doctrinam & prolixe & compendioſè tractarint, ad eorum ſcripta ego te remitto, & inprimis, ad ſcripta B. Lutheri: quæ in meo Circulo, vbi de Apoſtatis ad Mahometiſmum confugientibus, (contra quos hoc Conſtantinopoli meditatus ſum) agitur, in medium profero. Atq; ita verum me Lutheranum (ſi fas eſt, ab hominibus fideles nominari) alios vero qui electionem noſtram in Chriſto negant, cum Lutheri doctrina non conſentire, multo minus cum verbo DEI, demonſtro, imo DEVM in teſtem & puram meam conſcientiam appellans, ſimulque prouocans ad vltimum DEI tribunal, in quo occulta hominum iudicabuntur, aio & ſancte iuro: me poſt ſacras literas in hoc articulo noſtræ in Chriſto electionis, ex nullis authoribus tantopere, quam ex ſcriptis Lutheri, confirmatum fuiſſe.

Eadem doctrina in noſtra Boemica cõfeſſione, à Sac. Cæſ. Maieſt. nobis confirmata, cõtinetur. Ac vt pauca inde excerpam, in Art. 3. ita legitur.

Ex Boemica confeſſione.

Chriſtus verus DEVS & verus Homo Eccleſiam ſuam colligit, tuetur & conſeruat, vſque dum numerus electorum DEI impleatur, peragens ſalutem hanc æternam noſtram per ſacramenta & veram fidem: quæ ſanè ſalus, electis DEI, ante mundi fundamenta in Chriſto eſt præparata.

Numerus electorum Dei ante mundi fundamenta complendus ante finem mundi.

Et in artic. 9. vbi diſſeritur de fide, ita verba habent.

Qui firmiter innitũtur fidelib. promiſſis DEI in Chriſto fundatis, quib. ſunt in Chriſto ad vitam æternam electi, ij hac fide & fiducia quaſuis tentationes ſuperant, & aſſequuntur viuificantem conſolationem & pacem cum DEO, ad quem clamant cum Apoſtolo Abba Pater. Hæc ſalu fica fides homini per ſpiritum ſanctum data ſiue ea infirma & imbecillis, ſiue fortis & potens, tamen ſemper percipit Chriſtum cum omnibus eius beneficiis. Verum credentibus Chriſto & hæc fides operans per charitatem bonos fructus non ſecus quam bona arbor profert. Nam ſicut ignis abſq; calore, & Sol abſque luce, ita vera fides Chriſti particeps facta, abſque renouatione, charitate & bonis operibus eſſe nequit.

Electi ſuperant omnes tentationes.

Electorum fides qualis?

Et artic. 10. Boni fructus tantum in ſolis filiis DEI peraguntur: vtpote qui ſunt noua creatura in Chriſto Ieſu, nouumque ipſius opus, creati ad bona opera, quæ præparauit DEVS, vt in illis ambulemus. Epheſ. 2. v. 10.

Electi proferunt bonos fructus.

Et Articulo 11. Eccleſia viſibilis in hoc mundo aſſimilatur tritico & zizaniæ,

zaniæ,& reti,in quo mali & boni piſces capiuntur: atque hi boni piſces ſunt electi Dei,quos Filius Dei oues ſuas,& ſponſam ſuam nominat. Hi etiam in grauibus Eccleſiæ conquinamentis,veluti in Ecclypſi quadam Eccleſiæ,minime à capite Chriſto auelli poſſunt:licet inter doctores horum hypocritæ reperiantur.

Eccleſia Chriſti viſibilis in mundo qualis.

Item Artic.15. Hi ſeſe mutuò amant,non contemnendo & offendicula præbendo proximo, ne Chriſtus ipſe in illis offendatur: ſiquidem Chriſtum nemo amare poteſt,niſi ipſum amet in proximo ſuo.

Electi in Eclypſi Eccleſia ab hypocritis non ſeducuntur.

Item articulo 24. Credimus,quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus in conſummatione huius mundi veniet cum gloria ad iudicandum viuos & mortuos:vbi electis Dei dabitur vita æterna, atheis verò & impiis vna cum diabolis,æterni cruciatus dabuntur.

Solis electi dabitur vita æterna.

Hanc confeſſionem Boemicam; Tu quoque in Collegio Pragenſi Caroli IV. coram nobis Defenſoribus approbaſti. Nec enim tibi licuiſſet, aut vlli Germano liceret in Boemia concionari,aut iuuentutem in ſcholis erudire,niſi,vigore Diplomatis Cæſarei, & concordiæ inter ſtatus initæ, huic quoque ſubſcriberet Confeſſioni Boemicæ. Hanc doctrinam, ſiquidem & B. Lutherus,& alij Orthodoxi cum illo docent (imò demonſtraui in Circulo Horologij mei Ioſephum à Coſta Ieſuitam, in tractatu illo de Nouo orbe id ipſum ex Patribus docere) num ideò ego pro Caluiniſta aut Ieſuita habendus: qui quoque immotam illam Dei veritatem, vt Deo in ſolidum miſericordiæ eius in Chriſto exhibitæ à homuncione tanquam miſero vermiculo humi ſerpente, & à ſolo Deo erecto, gloria detur, profiteor, & quidem tum in verbo Dei fundatam, tum in Boemica confeſſione noſtra, vti iam demonſtratum eſt, compræhenſam, & Sacr. Cæſar. Maieſt. diplomate confirmatam? Hoc pacto Moyſes, Prophetæ, Chriſtus & Apoſtoli, puriores antiqui Patres, & inprimis Auguſtinus Caluiniſtæ appellandi eſſent, maxime vero noſtro ſeculo Beatus Lutherus electum illud organon pro ſummo Caluiniſta,in tractatu de ſeruo arbitrio contra Eraſmum, habendus eſſet.

Hanc confeſſionem Boemicam D. D. Hoe comprobauit.

Germanica Eccleſia & ſchola coguntur in Boemia regi confeſſione Boemica.

Doctrina de electione in Chriſto eſt vere orthodoxa.

Si non aſſequeris altiores ſalutis noſtræ cauſas, quis te condemnabit; ſi conſiſtes ſaltem in inferiori gradu gratuitæ noſtræ iuſtificationis per Chriſtum & per donum fidei nobis datæ. Fateor equidem multas Myriadas hominum ab initio mundi ſaluatas, & ad finem vſque mundi ſaluandas eſſe, licet non fuerint aſſecuti,nec aſſequantur multi, altiores illas electionis ſuæ in Chriſto cauſas. Vtere & Tu quoque cum illis lacte: ſi ſolidioris cibi capax non es: modo ne aliis ſolidiorem cibum inuideas: & vtentes eo ad Tartara condemnes. Admonet nos ſuper his & Diuus Auguſtinus & B. Lutherus, vti infra dicetur. Quemadmodum enim non omnes norunt fontes: ex quibus fluuij continuo curſu

Doctrina de noſtra in Chriſto electione quomodo & quibus gradibus proponenda.

labuntur,

labuntur, nec omnes ex his fontibus tanquam origine aquam bibunt, ſed ex riuulis, attamen aquam ex eadem origine fontium, defluentem bibunt, cum tamen iuxta verſiculum

Similitudo de origine & ſcaturigine fontis & defluentis inde riuuli aut fluuii.

Dulcius ex ipſo fonte libantur aquæ.

Quam ergo inuidus aut amens eſſet? qui cum nollet aut non poſſet, ex origine fontium aquam bibere, tamen alios bibentes redargueret: quod ex riuulo, ex quo plures biberent, ipſi quoque non bibant.

Aut ſi vellet omnino negare, riuos & flumina habere originem fontiũ, id eſſet magnæ amentiæ. Multò verò magis quiſpiam inſaniret, ſi condemnare & Sathanæ deuouere vellet eos, qui accurrendo ad fontes, biberent. E contra ſi bibentes ex origine fontium, ob id efferre, ſuperbire, alios è riuulis bibentes deridere, contemnere vellent, an non æque vti alij inſanirent? Sic de diuerſis donis DEI ad vnam ſalutem ducentibus aliquid ex hac ſimilitudine ſumi poteſt. Etenim etiam inter ipſos Apoſtolos Chriſti (vti jam dictum eſt) illuminatius alij aliis docuêre, & plus alij aliis in opere Domini laborauere.

Diuerſa dona DEI etiam in ipſis Apoſtolis Chriſti, ſed non contraria doctrina.

Num ergò qui mitiſſimum Ioannem concionantem, Iacobum & Iudam, vitia fere Chriſtianorum, mortuâ fide, gloriantium, taxantes, audierunt, ſaluati non ſunt? Num iidem Apoſtoli electioni noſtræ in Chriſto, licet eam tam alte, vti Paulus non docuerant, contradixerunt? Nequaquam. Imó diuerſis verbis loquendo eandem comprobarunt. Num Paulum contraria reliquis Apoſtolis docuiſſe dicemus? Aut num Petrus ideò Paulum calumniabatur, aut inuidia feruebat, quod Paulus quædã difficilia ſcripſerat, quæ indocti ad interitum ſuum rapiebant? Minime omnium. Quinimo Paulum dilectum ſuum confratrem & collegam appellabat, ſcripta eius grauiter commendabat: & virum ſenili canitie ornatum, reuerebatur: cum eſſet ipſe quoque ſenex: vtque alij caperent exemplum obſeruantiæ, honorificam & ſynceram eius mentionem faciebat in Epiſtola ſua.

Idem hodieque de diuerſis Theologorum donis iure meritoque ſentiendum. Vnde rectè Eccleſiæ Orthodoxæ docent, Catecheticis hanc doctrinam non proponendam, ſed ab inferiori gradu ſchalæ Iacobeæ ad Chriſtum deducentis, paulatim deducendos: & qui capaces eius doctrinæ non ſunt, iis conſiſtendum in inferiori ſchalæ gradu.

Atque hoc modo ſimiliter quoque tibi reſponſum ſit, quod Fol. 31. de colloquio Mompelgardenſi, male more tuo allegas, ac ſi Articulus de electione noſtra in Chriſto publice docendus non ſit.

Ad quod Tibi B. noſter Lutherus contra Eraſmum, reſpondet: Qui hunc Articulum de prædeſtinatione & electione noſtra in Chriſto publicè tradi & doceri, conſultum non eſſe, dicebant, iſti, (inquit Lutherus) ſapien-

ſapientiores DEO videri volunt, dum aiunt, quod multi his offendantur & recedant ab Euangelio.

Qui recedunt, inquit ille, recedant, electi manebunt. Ob quorundam enim infidelitatem, DEVS non deſinet electis ſuis eſſe fidelis. Hæc, inquam, inculcat noſter Lutherus: quo Tu, imo ipſo DEO & ſapientior & doctior videri coram rudioribus, eniteris, vt infra audietur.

Fol. 18.

Adfirmas plures eſſe fideles Chriſti, quam electos. Ergo iã concedis electos eſſe, ſed plures fideles: & paulò poſt contrarium adſtruis Chriſtum non modo pro electis, ſed etiam pro vniuerſo mundo mortuum eſſe & pretium redemptionis factum. Vbi tibi manifeſtè contradicis. Nam ſi plures ſunt fideles, ergò non omnes. Sed pro fidelib. tantùm, quorum numerum dicis maiorem eſſe, quam electorum, adfirmas Chriſtum ἱλασμὸν καὶ ἀντίλυτρον factum. Hic verò dicis, nulla fideliũ mentione facta, Chriſtum pro toto MVNDO illud λύτρον ſoluiſſe, omneſq; redemiſſe. Aut ergò prius verum & poſterius falſum: aut vtrumque ſacræ ſcripturę non eſt conſentaneum. Etenim fideles ſeu credentes & electi, ſunt iidem, & loquutio æquipollens. Sic enim Paulus ſcribit 1. Tit. v. 2. Paulus ſeruus DEI, Apoſtolus autem Chriſti ſecundum FIDEM ELECTORVM DEI. Et in actis 13. v. 48. manifeſtè Lucas ſcribit: Crediderunt gentes, quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Attende D. Doctor, & vide tot eſſe vere credentes, quot præordinatos, ſiue electos ad vitam æternam & non plures. Et Paulus ad Timot. ſuum ſcribit 2. Timoth. 2. v 19. Solidum fundamentum DEI ſtat, Nouit Dominus eos qui ſunt ſui. Nouit autem tantùm electos & credentes. Nam illi credentes ſunt vaſa miſericordiæ DEI. Hypocritas autem, etiamſi venditent ſeſe pro fidelibus & credentibus, non nouit: ſiue illi ſint plebei, ſiue miniſtri, quantumuis titulis magnificis & altis ornati, aut etiam dono miraculorum clari, in nomine Chriſti prophetantes, & vel dæmonia ipſa eiicientes, tamen hypocritas tales non nouit Dominus: quia non ſunt electi & verè credentes. Et vt ſimilitudine res declaretur: Sicut calor ab igne, ſic electio à fidelitate & fidelitas in Chriſto ab electione ſeparari non poteſt. Vnde videre licet, quonam miſer homuncio prolabatur: quam mirabilium & ſibi inuicem contradicentium opinionum fiat architectus, ſi aſpernetur verbum DEI apertum, & ſequatur cœcum ductum rationis humanæ: à qua tamen Te abhorrere & non Orthodoxos, tantopere clamitas. Quibus tricis id efficis: vt neque te ipſum ex iis expedire, aut teipſum capere & intelligere queas: neque vt alij te intelligant, quamnam in his inuolucris ſequaris opinionem & commentum.

D.D. Hoë mira distinctio: plures eſſe fideles Chriſti quam electos Chriſti.

Soli electi credunt.

Similitudo.

Tricæ D. Hoë.

Talem enim in ſacra ſcriptura & ſcriptis Beati Lutheri diſtinctionem, ſi omnes Argos oculatiſſimos, quibus ſæpe Orthodoxis illudis, conuoces, ſi omnes mundi faces accendas, ſi millies & per mille annos ſacram ſcripturam & ſcripta B. Lutheri volueris, non inuenies: cur ergo illam imperitis more tuo vſitatiſſimo, ſub ſpecioſiſſimo tuendæ doctrinæ Chriſti & Lutheri pallio, falſo obtrudis?

Hic mihi aliquid dicendum eſſet de proprietate fidelium, vnde hæc illis fidelitas data? vnde datum ex lapſibus conſurgere, pœnitentiam agere ob commiſſa peccata, & in fide ſemel ſanctis data, teſte Iuda, perſeuerare: vtrum in illis miſer homuncio aliquid cooperetur DEO: an potius hæc fidelitas ex electione noſtra in Chriſto promanet? Verùm remitto te ad ipſam ſacram ſcripturam, & poſt illam ad tractatum Beati Lutheri contra Eraſmum, & inter cæteros noſtri ſeculi Orthodoxos ſcriptores ad piam illam animam Ottonem Caſmannum, ad omnes tractatus eius, & inprimis ad tractatum de lucta peccatoris reſipiſcentis: ad Gnoriſmata electionis noſtræ in Chriſto, ad integritatem Chriſtianiſmi, ad ſcholam tentationum & alia eius ſcripta vere theologica & pia, ædificationi ſalutari, non rixis turbulentis ſeruientia.

Ottonis Caſmanni ſcripta plena ſumma conſolationis.

Quæ quia Tu alto ſpiritu & inuidioſo contemnis & aſinina dicis, Teque emunctioris naris eſſe, inconuenienter ſuperbe & verbis Theologo indignis gloriaris, obſecro pium quemcunque lectorem, euoluat ea & cognoſcat temerarium D. Hoe de ipſis judicium. Certe, ſi omnino Domine Doctor & omnes ei ſimiles cuncta ſua ſcripta homini ob certitudinem ſalutis ſuæ tentato, in quintam quaſi eſſentiam redegiſſent; id eſt, ſeparato puriore ab impuro, terrenum quoddam & tenebras, reſpectu conſolationum, quæ ab hoc authore proponuntur, ſecundum praxim conſcientiæ in conſolationibus ſolidis, ſaperent.

Atque haud ſcio, an noſtro ſeculo, imo & Patrum antiquorum ad veram conſolationem peccatoris fluctuantis, & cognoſcendæ certitudinis ſuæ ſalutis cupidi, quicquam ſimile prodierit. Sed de his ſatis.

Fol. 222.

D. D. Hoe negat, fidem in Chriſtũ eſſe in infantibus.

Dum aſſero, Chriſtum dixiſſe de infantibus, quod in ipſum credant, id ais nullibi reperiri. Ex quo video, Te ex concepto præcipiti judicio, veluti triumphare de me quaſi perperam allegante ſacram ſcripturam. Geſtis inſuper atque applaudis non ſine ſingulari lætitia datum tibi locum, quo demonſtres omnibus, quam ſacras literas adulterem. Sic enim claſſicum ante victoriam canis, inquiens:

Si verum ſit interdictum diuinum, de non addendo aliquid momenti,

vtique

vtique non ſine piaculo, aliá Chriſto ſeruatori, quam quæ protulit, aſſignari verba poſſe, ſtatuo. Hactenus Tu.

Certe temerarium præcepſq; judicium Te decepit. Cum enim legiſſes allegata à me Chriſti verba, loquentis de infantibus quos ille in vlnis geſtabat, ne prohibete ire ad me infantes, *Qui in me credunt*, hic tu cum ſecundum allegata marginali à Marc. 10. verba illa apud Marcum, Ioannem & Lucam non exſtarent, tripudiando, ſed & inſultando corruptorem ſacræ ſcripturæ me arguis. Sed eſto, etiamſi hæc allegatio à me per errorem poſita fuiſſet, num ideo quaſi piaculum aliquod magnum commiſiſſem, accuſandus eſſem ſcripturæ deprauationis?

Verum nec errore id commiſſum, nec à me verbis Chriſti, de fide infantum & puerulorum loquentis additum, id ex S. Matthæo ca. decimo octauo, verſiculo ſexto, ad quem locum ego, quem tu ignorabas, reſpexi, patet, conferendo ſcripturam cum ſcriptura. Quam ſanè citationem typographus omiſit, & Tu abſque citatione c. Matt. 18. loci iſtius ignorantiam tuam non ſine dedecore tuo prodis.

Contendentibus enim de primatu diſcipulis, Chriſtus producto puerulo (& non puero) ait: niſi vos conuerteritis vti pueruli, niſi fiatis vti illi, nequaquam ingrediemini in regnum Cælorum. Ac quiſquis offendiculo fuerit alicui ex paruulis iſtis, *Qui in me credunt*, præſtaret ei, vt ſuſpenderetur mola aſinaria in collo eius, & demergeretur in profundum maris. Væ ergo mundo ab offendiculis neceſſe eſt enim, vt veniant offendicula: ſed væ homini illi, per quem offendicula veniunt.

En tibi Chriſtum puerulos credentes in ſe adfirmantem, eundemque interpretem optimum: niſi Tu inter infantẽ & puerulum diſtinguere velis, infantibus ſcilicet non concedendo fidem, ſed puerulis: id quod abſurdiſſimum & Theologo primarias conciones iactante, indigniſſimum eſſet. Inſuper tibi videndum ne ſis paruulis Chriſti, qui in eum credunt, offendiculo, detrahendo illis fidem ac proinde etiam ipſam ſalutem: & ne ob id Chriſti comminatio ad Te pertineat: cum nullam adultiores prærogatiuam in ſaluandis, præ illis paruulis, & infantibus in Chriſtum credentibus, habeant. Iam iudicet lector, quis noſtrum piaculum illud, de non addendo aliquid rebus diuinis, quod Tu mihi adſcribis, commiſerit. Certe non ego, ſed Tu, qui verbis Chriſti ex ignorantia textus contradicis.

Quam turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum.

Fol. 24.

Cœnam Dominicam, ais, me paucis attingere. At quid opus fuit, tum in

Author Circuli cur cœnam Dominicam paucis attigerit.

hoc tum in aliis Theologicis articulis prolixitate? cum non diſputationes aliquas prolixas, in Circulo meo proponere, ſed Harmoniam V. & N. Teſtamenti, vna cum ſpeculo veræ & degeneris Eccleſiæ exhibere propoſuerim. Sufficiat me ex confeſſione Boemica, Diplomate Sac. Cæſ. Maieſt. nobis confirmata, hunc articulum ore profiteri & corde credere. Agnoſco & Auguſtanam confeſſionem à Philippo Melanchtone, communi præceptore pietatis & doctrinæ, conſcriptam & dextre explicatam vere orthodoxam & verbo DEI conſentientem eſſe: in qua nihil de corporis Chriſti vbiquitate tua: nullæ confratrum Chriſti, cum quibus ad vltimum vitæ ſpiritum ſancta illa in Chriſto anima ſanctam coluit amicitiam, condemnationes.

Author Circuli in Artic. de cœna Domini, ſentit cum confeſſione Boemica & Auguſtana ore & corde.

Ac vt pio lectori conſtet, quam pie & orthodoxe de cœna Domini eadem Confeſſio Auguſtana Lipſiæ Ann. 1565. cum corpore doctrinæ Chriſtianæ impreſſa doceat, cumque noſtra Boemica optime conſentiat, paucis referam formalia eius.

Ex Auguſtana confeſſione de cœna Domini.

Artic. 10.

De Cœna Domini docent: quod cum pane & vino vere exhibeatur corpus Chriſti, veſcentibus in cœna Domini.

In alia editione ſic.

De cœna Domini docent; quod corpus & ſanguis Chriſti vere adſint, & diſtribuantur veſcentibus in Cœna Domini.

Artic. 13.

De Sacramentis in genere ex Auguſtana Confeſ.

De vſu ſacramentorum docent: Sacramenta inſtituta eſſe, non modo, vt ſint notæ profeſſionis inter homines, ſed multo magis vt ſint ſigna & teſtimonia voluntatis DEI erga nos, propoſita ad excitandam & confirmandam fidem in his, qui vtuntur eis. Itaque vtendum eſt Sacramentis ita, VT ACCEDAT FIDES, quæ credat promiſſionibus: quæ per ſacramenta exhibentur & oſtenduntur. HAC FIDE ACCIPIMVS PROMISSAM GRATIAM, quam ſacramenta ſignificant, & ſpiritum ſanctum. Damnant igitur Phariſaicam opinionem: quæ obruit doctrinam de fide: nec docet fidem in vſu Sacramentorum requiri: quæ credat propter Chriſtum nobis gratiam dari: Sed fingit homines iuſtos eſſe, propter vſum Sacramentorum ex opere operato, & quidem ſine bono motu vtentium.

Hac

Hæc in alia editione ſic reperiuntur.

XIII.

De vſu ſacramentorum docent, quod Sacramenta inſtituta ſint: non modo vt ſint notæ profeſſionis inter homines: ſed magis, vt ſint ſigna & teſtimonia voluntatis DEI erga nos ad excitandam & confirmandam fidem in his qui vtuntur, propoſita. Itaque vtendum eſt ſacramentis ita, vt fides accedat, quæ credat promiſſionibus, quæ per ſacramenta exhibentur & oſtenduntur. Damnant igitur illos, qui docent, quod ſacramenta ex opere operato iuſtificent, nec docent fidem requiri in vſu ſacramentorum, quæ credat remitti peccata.

In Sacramentis fidē requiri.

Item Artic. 8. Cum in hac vita admixti ſint Eccleſiæ multi Hypocritæ & mali, hi ſocietatem habent externorum ſignorum.

Quid hic magis piè de ſacramentis dici poteſt: nos FIDE promiſſam in illis gratiam, quam ſacramenta ſignificant, accipere? Malos autem & Hypocritas qui fide deſtituuntur, non percipere rem ſacramenti, ſed ſigna tantum. Idem docet noſtra Boemica confeſſio, ad quam lectorem remitto, vt conſulam breuitati.

Hypocritæ fide deſtituti nō percipiūt rē ſacramenti.

Tu vero D. D. & tui ſimiles docetis, etiam à malis, impiis & hypocritis fide vera carentibus rem ipſam ſacramenti accipi. Hoccine eſt Auguſtanæ Confeſſioni in Articulo de Cæna Domini adhærere? Minime gentium. Imò palam conſtat tales doctores falſiſſimè Auguſtana confeſſione gloriari.

Ego itaque D. Doctor adhæreo Auguſtanæ confeſſioni potius, quam Tu, qui ſicuti in cauſa ſalutis noſtræ, ſic & in ſacramentis nouam Tibi & Auguſtanæ confeſſioni prorſus contrariam doctrinam excogitaſti, aut neſcio, à quo excogitatam arripuiſti credendam, prædicandam & defendendam contra ſcripturam & contra Confeſſionem Auguſtanam.

Arguis me quoque in allegatione dicti Paulini 1. Cor. 10. male interpretari, quod Veteris Teſtamenti ſacramenta, typis tantum & non re à noſtris diuerſa fuiſſe ex eo concludam: quod Apoſtolus ait: Patres omnes in Veteri Teſtamento eandem eſcam ſpiritualem ediſſe, & eundem potum ſpiritualem bibiſſe, ex ſubſequente ſpirituali Petra, Petram vero illam fuiſſe Chriſtum. Hæc D. Paulus adfirmat & ego cum eo: Tu vero aliam adfers interpretationem huic contrariam, hoc modo: Chriſti corpus nondum fuit in rerum natura. Ergo ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti, vti nos, edere & bibere non poterant. Hinc ais, aliud eſſe, eundem cibum manducare, aliud vero eodem modo manducare. Comederunt Patres, inquis, in typo & figura, nos verò in rei veritate & ſubſtantia. Cur non ſimiliter vlterius argumentaris? Chriſtus tempore Patrum

Ad locum 1. Cor. 10. Patres in V. T. eundem cibum ſpiritualem ediſſe, eundem potum ſpiritualem bibiſſe.

D. D. Hoe negat Patres V.T. vere Christi participes factos esse.

non fuit natus, nec victima factus, neq; reſurrexit à mortuis, neq; adſcēdit in cælos, ergo Patres fructuum natiuitatis, mortis, paſſionis, reſurrectionis & adſcenſionis in cælum participes in rei veritate facti non ſunt. Id quod dicere forſan Te ipſo teſte eſſet abſurdiſſimum: ergo idem de ſacramentis ſentiendum. Examina quæſo Clariſ. D. Doctor hanc tuam interpretationem? nonne Teipſum per eam conuincis, & nolens volens cogeris apertis Paulinis verbis ſubſcribere. Si enim concedis Patres eundem cibum ſpiritualem manducaſſe, ergo non exiſtente tunc in rerum natura corpore Christi, comederunt illud fide, ſpirituali modo: ſic potū ſpiritualem bibebant ex ſequēte Petra ſpirituali, quæ dicitur fuiſſe Chriſtus. Verū quod nō fuerit Chriſtus Petra ſimpliciter, id eſt, lapidea ſubſtātia, ſicut & Agnus Paſchalis (qui tranſitus Domini dictus eſt) ſed Petra Chriſtum ſignificabat & agnus tranſitū Domini, in memoriā eius reuocabat, hoc omnib. notū eſt.

Comederunt autem & biberunt OMNES, inquit Apoſtolus. Vnde patet ſymbola iſta omnibus promiſcua fuiſſe, non autem rem ipſam: ſed tamen ipſorum, non Dei culpa.

Auguſtini verba.

Sic Auguſtini verba ſunt in Ioā. Tract. 4. tom. in mea Bibliotheca 9. fol. 137. Pariſiēſis An. 1586. impreſſionis. Apoſtolus (inquit Auguſtinus) Patres noſtros omnes eandem eſcam ſpiritualem ediſſe, & eundem potum ſpiritualem bibiſſe, vnde & in ſignis diuerſis eadem fides, ſpiritualem eundem, nam corporalem non eundem edebant cibum & bibebant potum. Bibebant enim de ſpirituali ſequente Petra, quæ erat Chriſtus. Videte ergo fide manente ſigna variata. Ibi petra Chriſtus: Nobis Chriſtus, quod in altari ponitur. Si ſpeciem viſibilem intendas aliud eſt: ſi intelligibilem ſignificationem, eundem ſpiritualem potum biberunt.

Et lib. de pœnitentia. Quicunque in manna Chriſtum intellexerunt, eundem quem nos cibum ſpiritualem, manducarunt.

Et in Pſal. 77. Idem in myſterio cibus illorum, qui noſter, ſed ſignificatione idem, non ſpecie. Hactenus Auguſtinus.

Hanc Auguſtini interpretationem Tu quoque, licet inſcius, confirmas dum ais: aliud eſſe eundem cibum manducare, aliud eodem modo. Mirabilis hęc argumenratio. Oppo itur ſubiecto ſuum adiūctum. Quod eundem cibum, vti nos, manducarint, nolens volens fateris: nec enim negare potes aperta verba à ſpiritu ſancto dictata. Quod autem non eodem modo, ſicut & nos, manducarunt & biberunt, non probabis ex ſacra ſcriptura. Modus enim vtendi ſacramentis nōne eſt duplex, externus & internus: & hoc modo veteres ſimiliter atq; nos ſacramentis ſunt vſi. Externo modo oraliter agnū comedebant, interno fide videlicet: cum crederent oblatum iri Paſcha pro populo Dei ad liberādū ipſum è peccatis, poteſtate diaboli, & morte æterna. Hæc eſt igitur eſſentialis forma vtēdi ſacramētis

Duplex modus vtendi ſacramētis, Externus & internus. Eſſentialis forma vtēdi ſacramētis.

ad ſalutem per fidem ſeu FIDE:& hic modus iam dictus, cõmunis fuit tum veteribus, tum nobis eſt. Similiter enim in cæna Dnmini veſcimur pane & bibimus vinum externo modo, ſed interno per fidem veſcimur vera carne Chriſti, & bibimus verum ſanguinem eius, vtpote myſterium & veritatem ſacramenti.

Cõcludo ergo Te ipſo iudice S. Pauli verba à ſpiritu ſancto dictata ſimpliciter intelligenda eſſe: quod Patres in Veteri Teſtamento eandem eſcã ſpiritualem comedebant, & eundem potum ſpiritualem bibebant ſicuti nos, FIDE nimirum. Ex his iam patet, corruiſſe illam monſtroſam tuam ex cõſentaneis fictam oppoſitionem, Logicæ & Theologiæ aduerſantem, vbi dicis, comederunt Patres in typo & figura, nos vero in rei veritate & ſubſtantia. Quantum enim differt vmbra ab ipſa ſubſtantia, tantum inter ſe vtriuſq; Teſtamenti ſacramenta differunt. Hactenus Tu. Quibus verbis certe S. Patribus magna fit iniuria, quod nimirum præter typos & vmbras Chriſti participes in rei veritate facti nõ ſint. At ſolis typis & vmbra legali, quæ omnia tam incredulis, quam credentibus in venturum Meſſiam communia erant, ſaluari nemo potuit, niſi fide in Chriſtum, id quod prolixe Apoſtolus ad Rõ. & ad Hebræos docet. Sic ipſo Chriſto teſte, Abraham vidit per fidẽ diem Chriſti, & gauiſus eſt, id eſt credidit DEO ſemẽ illud promiſſum ex ſemine eius exorturum, mediatorem illum inter Deum & homines, Alterum Adamum, ipſum Dominum è Cælis Deum illum in carne manifeſtandum, qui eſt verus Deus & vita ęterna: qui aſſumpto ſemine Abrahæ & nõ Angelorum, in eadẽ carne noſtra, nos per ſui ipſius immolationẽ agnus ille ante mundi iacta fundamẽta mactationi prędeſtinatus, Deo recõciliare, & à peccatis vna victima omnes credentes in ſe purgare, & Deo Patri iuſtitia ſua iuſtos & acceptos, & ex maledictis benedictos hæredes Regni Dei efficere debuit. Hac fide Abraham à typis externis ad Chriſtũ ſupra omnes Cęlos cõſcendit, & ipſius Chriſti, nõ typis & vmbra (licet extrinſecus lex vmbrã rerũ futurarum habuerit) ſed in rei veritate particeps factus eſt. Hac fide de omnib. Chriſti beneficiis prophetarunt Prophetę, & cęteris clarius Eſa. qui teſte S. Ioã. vidit gloriã Chriſti & prędixit natiuitatem, humiliationẽ, paſſiones, mortẽ, reſurrectionẽ, imo meritum & fructus horum omnium, quorum ipſe etiã per fidẽ particeps Chriſti factus eſt. Vnicum n. Chriſti percipiẽdi id eſt, omnium beneficiorum eius à cõdito mundo, fuit inſtrumẽtum, eſt & erit vſq; ad mundi cõſummationẽ nẽpe *os fidei*. Sic n. & B. Luth. in ſua parua Catecheſi per quæſtiones docet, interrogãdo: Quis digne percipit corp⁹ & sãguinem Chriſti? R. Qui credit in hęc verba, pro nobis datur, pro nobis effunditur: qua fide ſi quis in vſu ſacramẽtorũ caretis, vti iã ex Aug. cõfeſſ. demõſtratũ eſt, rem ſacramenti nõ percipit, id eſt veri corporis & sãguinis Chriſti particeps, atq; ita membrum verum &

D Hoemnignam facit iniuriam S. Patribus V. T.

Solis typis abſque fide nemo ſaluatur.

Abraham quomodo Chriſti particeps factus eſt.

Eſaias quomodo Chriſti particeps factus.

Inſtrumentum vnicũ Chriſti percipiendi, eſt fides.

Fide deſtituti non fiunt participes corporis & ſanguinis Chriſti.

viuum

viuum Eccleſiæ Chriſti non eſt: quæ Eccleſia teſte Paulo 1. Cor. 12. v. 27. & Epheſ. 1. v. 23. CORPVS CHRISTI myſticum eſt, ſicut petra erat myſtice Chriſtus: quanquam de Eccleſia commodius hæc dici poſſunt, cum ſimus os ex oſſibus eius & caro ex carne eius Epheſ. 5. v. 30 viuente Chriſto in nobis & habitante per fidem in corde noſtro, non præſentia eſſentiali ſiue ſecundum diuinitatem aut humanitatem ſuam, aut omnipræſentiam vtriuſque naturæ ſuæ, ſed virtute ſpiritus ſui nos regenerantis, per quam applicantes ſibi fide omnia Chriſti beneficia, vti Auguſtana confeſſio in Articulo de Sacramentis quoque docet, efficimur vera & viua eius membra, & ſumus vnum corpus cum illo, ſiquidem de vno pane, qui eſt κοινωνία corporis Chriſti, participamus, & de vno Calice Domini, qui eſt κοινωνία ſanguinis eius, bibimus. Atq; hæc, vt tibi, ſuccenſenti mihi, quod articulum de Sacramentis breuiter attigerim, aliquantum morem geram, addenda duxi.

Habitatio Chriſti in nobis qualis

Fol. 38.

Calua D. D. Hoc excuſatio, quod nō damnet à ſe diſſentiētes ſed tantum confeſſi nes horum.

Ais, me in omnem æternitatem non probaturum, vnicum ex veſtris Theologis, nedum plures dixiſſe vel ſcripſiſſe: quod Eccleſias Helueticas, Gallicas, Anglicas & Belgicas condemnent: nullam enim vobis litem eſſe cum Eccleſiis his, in quibus membra Chriſti latere plurima ſciatis, ſed cum doctoribus harum, quos flagella DEI, & doctrinam horum impiam & blaſphemam & inſtar gangrenæ ſerpentem eſſe: & ideo te eam peius ipſo Cane & Angue odio proſequi ais. Verum valde ieiuna excuſatio & futilis diſtinctio hic inſtituitur, à D. Doctore, haud aliter quam ſi quis Abſolonem excuſaturus, diceret: Abſolon non moliebatur turbas in Regno Patris ſui & non contemnebat parentem ſuum, ſed tantum iudices Regni & Capitaneos, quod nullus ſit, qui exaudiret & iudicaret iuſte, interim redeuntes à rege detinebat, cauſas iniuſtas, optimas appellitabat: impudenter primas partes in Regno Patris exoptabat, populo, ſe omnia melius gubernaturum ſi ipſum deligerent Regem, promittebat: tandem verſute & impie obtento regimine, DEO permittente quid non faciebat: imo cum adhuc iſta mala inaniſſimo malo volueret, quot modis contra DEVM, contra parentem ſuum, contra fideles eius conſiliarios, contra regnum totum doloſe peccauit, videat D. Doctor, & quiuis pius lector textum ſcripturæ 2. Sam. cap. 15. Aliud exemplum: Si quis diceret: non fuit lupus in grege contra ouiculas, ſed contra Paſtores, ſcilicet parcet lupus ouibus. Similiter D. Doctor dum confeſſiones iſtarum Eccleſiarum in vnam harmoniam cum Auguſtana confeſſione redactas, quibus & noſtra Boemica vetus, huic poſteriori & generali confeſſioni, Cæſareo nobis Diplomate confirmatæ & à Te Pragæ collaudatæ, conſentiens, adiuncta: hanc

hanc inquam confeſſionum Harmoniam dum Tu, tenebris, Baalo & Idolo Dagon, quod præ arca fœderis concidit, aſſimilas: nonne iam non doctores ſolos, ſed vniuerſas illas Eccleſias condemnas? Confeſſiones enim ſunt, non vnius hominis, ſed totius Eccleſiæ.

Eodem folio. vt & fol præcedenti, 26.

Dicis, allegantur hæc verba 1. Pet. 3. v. 18. quod Chriſtus ſemel pro peccatis credentiũ in ſe paſſus ſit: atque hæc reſtrictio CREDENTIVM IN SE apud D. Petrum inquis, non habetur, neque cum ſcriptura ſacra congruit, quippe quæ de Agno DEI pronunciat, quod omnium noſtrum iniquitates in ipſum ſint coniectæ: quod tollat peccata muudi, ſed & non tantum credentium: quod ſit ſeruator omnium hominum.

D. Hoe docet mundum ſaluari poſſe abſque fide.

En ignorantiam S. Scriptura.

Pag. 124. §. 4. locus claſſicus B. Ioannis 1. Ioann. 2. verſic. ſecundo inquis, ſic adulteratur. Qui eſt vnicus noſter aduocatus ad patrem & propitiatio pro peccatis omnium CREDENTIVM: cum contra D. Ioannes Chriſtum ἱλασμὸν dicat pro peccatis non tantum Credentium, ſed & totius mundi. Enormis (inquit) profecto hæc eſt ſcripturæ ſacræ στρεβλότης: qualis & pagina 108. §. 4. occurrit: vbi ex 1. ad Timoth. 2. verſ. 6. allegantur verba Chriſtum ſeipſum dediſſe ἀντίλυτρον precium redemptionis pro omnibus CREDITVRIS in ſe. Atqui Apoſtolus poſtrema verba credituris in ſe nõ habet, quin potius ſimpliciter ὑπὲρ πάντων ſe dediſſe Chriſtum aſſerit: quemadmodum & 1. ad Timot. ſecundo verſ. tertio. DEVM velle πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι: & 1. ad Timot. 4. verſ. 10. Chriſtum eſſe ſeruatorem πάντων ἀνθρώπων diicit: quæ duo teſtimonia luculentiſſima, adeo ſunt perſpicua, vt ne extremis quidem digitis Generoſus Dominus Budovvicius hic attingere voluerit. Hactenus Tu. D. Doctor Hoe.

Qui ait homines fide in Chriſtũ ſaluari, hic D. D. Hoe eſt adulterator S. Scripturæ.

D. Hoe ridicule & impie captiones ad Atheiſmũ ducentes,

Vah doctrinam nocentiſſimam plebi & ſimplicium cordibus ſub prætextu gratię DEI adulantem: omnia Theologica fundamenta confundentem, intricantẽ & animas multas ſeducentem: Siccine Theologum & doctorem oportuit argumentari? Promittit DEVS ſalutẽ mundo. Ergo totus mundus tũ gentes increduli, tum Chriſtiani credentes ſaluabuntur. Inter gentes enim & Chriſtianos nullum eſt diſcrimẽ, quoad naturam corruptã & peccatricem: cum omnes natura ſimus filii irę DEI, ſed per gratiam DEI filii & filiæ in Chriſto dilecti, & dilectæ, hæredes regni cæleſtis, nõ alii tamẽ quam credentes, cuiuſmodi ſint nationis, æui & ſtatus, modo ſint credẽtes in Ieſum Chriſtũ, hoc fatearis vel inuitus neceſſe eſt. Vehementer Te fallit vox mundi. vox omnes & ſimiles. Sed mirum eſt D. D. nullum diſcrimẽ agnoſcere non tantum in diuerſis, ſed vel maxime cõtrariis. Ignorat D. D. diuerſas ſignificationes, & modo generaliores modo ſpecialiores cadere in vnam eandemq; vocẽ: & preterea neceſſaria diſtinctione & reſtrictione

D. Hoe doctrina nocentiſſima.

Male argumentationes D. Hoe.

Soli credentes ſaluãtur

Vox MVNDI & vox OMNES fallit D. Hoe, ſed fallitur ipſe alios fallere pruriens.

Totus mundus duplici modo intelligitur.

opus eſſe. Totus mundus intelligitur duplici modo, aut generaliſſimo abſque vlla exceptione, aut anguſtiori in certis metis. Saluatur mundus totus, ſed non in omnibus peccatoribus & indiuiduis ſuis: alias Chriſtus mendacii argueretur, qui dicit, non pro mundo oro, ſed pro iis, quos mihi dediſti. Item, multi in mundo vocati, ſed pauci electi.

Quomodo totus mundus ſaluatur.

Recte autē dicitur mundū ſaluari totū, ſed quoad electos & credētes in toto mūdo & quauis natione degentes, nō alios. In hoc ſenſu dicit Petrus Act. 10. v. 34. In veritate cōperi, DEVM nō eſſe acceptorem perſonarū, ſed in quauis gente, qui ipſum timeat & iuſtitiam faciat, acceptum eſſe ipſi.

Et Ioānes optimus interpres ſuorum verborū & myſterii mortis Chriſti, dicit, Caipham prophetauiſſe, fore vt Ieſus pro gente moreretur, nec tātum pro ea gente (id eſt Iudaica) ſed etiā vt filios DEI diſperſos cogeret in vnum. Ecce Tibi D. D. Totum illum mundum nēpe filios DEI per totum mundum diſperſos & nō alios: ſiue illi iam ſint vocati, ſiue demum vocādi, ſecundum DEI propoſitum, nihil intereſt. Vides D. D. quam tibi multum deſit, vt neceſſe ſit, te à Politicis hominib. doceri. Vtinam potius collimares ad ſcopum eundem fideliter & dextre docendo, ad quem & Chriſtus patiendo & S. Ioannes locū illum ſcribendo collimauit, nempe vt Filii DEI diſperſi in vnum conueniant. Tu autem moliris diſperſionem & diſtractionem, imo iam prius per DEI organa factam vnionem ſoluis.

Addo & hæc ad confirmandam ſententiam veram: electos credenteſq; merito dici MVNDVM, quoad naturā, quia æque vti alii erant natura Filii iræ DEI, ſed facti per gratiā DEI filii ita ſaluantur: alii autem increduli & Euāgelio DEI inobedientes pereunt, & merus, maledictusq; mundus ſunt.

Saluantur OMNES ſed credentes, nulli autem vere credunt niſi electi.

Similiter quoad vocem OMNES magnum diſcrimē eſt, inter ſignificatum generaliſſimum abſq; exceptione, quam Tu D. D. extendis ad ſaluandos omnes: & inter ſignificationē generalitatis electorum & credentium, quæ eſt anguſtior, ſicut inter voces Multi & Pauci, diſtinguēdū venit. Itaq; hęc doctrina D. D. quoad generalitatē vniuerſalē ſaluandorū attinet cōtraria eſt DEO, Theologię, vniuerſali Eccleſiæ, nedū doctrinæ B. Lutheri, ſed ipſi etiā ſanæ & verbo DEI illuminatæ rationi. Verbo dicā: eſt miſerabilis inſania, abſq; diuina & humana ratione. Vbi aūt adfirmas, q. reſtrictio illa, quā addo verbis Petri, CREDENTIVM, apud Petrū nō habeatur neq; cum ſacra

Horrēda D. Hoc negatio.

ſcriptura cōgruat, horrēdum eſt audire, quod nō cōgruat. Quorum igitur eſt Chriſt⁹ & beneficia eius? Cui meritum ipſius prodeſt? certè credentib⁹ & quidē ſolis credētibus. Hoc ſi negas, abnegas fidem, & repugnas toti ſcripturæ. Audi vel ſaltē Petrū dicentē c. 2. v. 6. Chriſtum eſſe lapidē honori; iis qui credunt, id eſt, electis. Quæ hæc eſt antipathia Doctoris cum fide: vt vel mentionem fidei & credentium nolit audire, & electos nolle credentes appellare, cum ſit fides electorum ſignum eſſentiale & indiuiſum.

Cæterum

Cæterum dum me carpis dicti Paulini Rom. 11. vocas adulterationem in hoc loco & enormem S. Scripturæ γεἰβλόγητα eſſe, quod addam omnium credentium, item credituris: id enim non extare in textu; ſed ſimpliciter fuiſſe dicendum Chriſtum propitiationem eſſe pro peccatis, & non addẽdum omnium credentiũ. Item Chriſtum ſe dediſſe ἀντίλυτρον precium redemptionis ſimpliciter, & non fuiſſe addendum pro omnibus credituris, ſiquidem Chriſtus ſimpliciter Ioan. 2. v. 2. loquitur: Chriſtum ἱλασμὸν eſſe non modo pro peccatis credentium, ſed & totius mundi Itaq; Te ſuccenſere mihi teſtaris, quod explicationem ex ipſis verbis Chriſti, addiderim. Ego vero mi D. D. Hoe mirari ſatis nequeo: adeo portento mihi ſimile videtur, in homine Theologo tale dogma. Vt enim antea Electionem in Chriſto noſtram oppugnabas, ſic nunc fidem omnium credẽtium & eorum, qui adhuc credituri ſunt in Chriſtum, exagitandũ tibi propoſuiſti: putans Te per nouũ ſophiſma apud plebem probaturum, meis corruptelis ſcripturas adulteratas eſſe. Et talia ſunt pene omnia tua ſcripta, quib. tibi, per captiunculas quaſdam apud imperitos, & eos de quibus tibi cõſtat, quod ſcripta quib. Tibi cõtradicitur, non ſint lecturi, fidem & authoritatem cõciliare ſtudes.

Fidẽ requiri in ſaluandis hominibus eſt, D. Hoe adulterare ſcripturas.

Fides D. H. e exoſa. Videat per DEVM pius lector quonam tendat D. Hoe.

D. Hoe Chriſtum interpretem ferre non vult ſed ſeipſum.

D D. Hoe oppugnat fidem.

Ego vero illas additiones, nempe OMNIVM CREDENTIVM, item CREDITVRIS in Chriſtum, ideo maiuſculis in Circulo meo Horologico, cõſignaui: quod ea mens ſit Chriſti & Apoſtoli, & quod eædem voculę CREDENTIVM & CREDITVRIS in aliis dictis hiſce, quæ Tu carpis, per omnia ſimiles & æquiualentes, inueniantur. Apparet hinc D. Hoe ſummam ſcientiam Theologicam in eo conſiſtere: vt aut ignoret, quæ ſacra ſcriptura continet, aut ſi nonnulla literatenus nouit, ea, quoad ſenſum legitimum negare, peruertere deprauare, iiſdem ad adulationem, auram popularem captandam omnia dirigere.

D. D. Hoe doctrina ſũma quæ?

O pernicioſam Theologiam! Hiccine eſt D. Euangelicus aut amicus Euãgelii: qui non tantum fidem inuadit hoſtiliter, ſed & fidei Euangelicæ mentionem odio habet: qui ſemen Euangelicũ vel in ipſis particulis & infantibus Chriſti extinguere conatur turpiſſima negatione, quaſi ſcriptura nihil fidei, ac proinde gratiæ DEI concedat paruulis Chriſti. O miſera & infauſta profeſſio contra os DEI, quod eſt, ſcriptura: & contra ſymbola Eccleſiaſtica, ipſamq; Auguſtanã confeſſionem, addo etiam cõtra Boemicam, cui ſtipulata manu D. Doctor obſeruantiam, Defenſoribus nobis eiuſdem confeſſionis pacatam concordiam promiſiſti. Hiccine ergo pollicitationis tuæ fructus eſt: cuius te coram DEO & Eccleſia pudere debet.

D. Hoe pernicioſa Theologia.

Contra os DEI, id eſt ſcripturã loqui, quam infauſtum.

Hæc Te Theologum fidem in Chriſtum docentem, non ignorare, & monſtrata potius collaudare & comprobare decuit. Sin aliud ſentis, meamque interpretationem ſacris litteris analogã non admittis, fatearis

D. Hoe quæ carpit potius collaudare debuit.

 oportet:

Secundum captiones D Hoe etiam Sathan ſalvaretur.

D; Hoe edocetur ex S. Scriptura quid ſit mũdus, & qui ſaluẽtur in mundo.

oportet: omnes promiſcue homines, incredulos, atheos, blaſphemos, Turcas, Iudæos, ipſumq; diabolum, qui à Chriſto princeps mũdi dicitur, ſaluos fieri. Quod vero ſana ſit piaq; mea expoſitio, cũq; ſacra ſcriptura cõſentiat, audi inprimis eundẽ S. Ioannẽ, vel potius ipſum Chriſtum verborum ſuorum authorem & interpretem. Ioan. 3. v. 16. Sic DEVS dilexit mundum: vt Filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis, QVI CREDIT in eum non pereat, ſed habeat vitam ęternam. Agnoſce hic D. Doctor reſtrictionem ad credentes.

Itẽ c. 6. v. 47. Amen Amẽ dico vobis QVI CREDIT in me, in tenebris nõ manet. Item cap. 15. v. 19. Si ex mundo eſſetis, mundus quod ſuum eſt, amaret: quia vero ex mundo non eſtis, ſed ego ELEGI VOS ex mundo propterea odit vos mundus. Et c. 17. v. 6. inquit Chriſtus. Patefeci nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi è mundo. Et. v. 9. Non pro mundo rogo, ſed pro iis, quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Et. v. 12. Quos mihi dediſti, nemo ex iis periit: niſi filius ille perditionis, vt ſcriptura impleretur. It. v. 14. Ego tradidi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia nõ ſunt è mundo. Non rogo, vt tollas eos à mundo, ſed vt ſerues illos à malo illo: ex mũdo nõ sũt. Pater ſanctifica eos in tua veritate: ſermo tuus veritas eſt. Nõ tantum autem pro iſtis rogo, ſed & pro iis, qui per ſermonem eorum CREDITVRI ſunt in me. Et v. 25. Pater iuſte, mundus te non nouit.

Chriſtũ verborum ſuorũ interpretem ſequi eſt D. Hoe, adulterare ſcripturas.

Age D. D. iudicent omnes pii, an locum illum, quem tu Claſſicũ nominas Ioan. 3. v. 17. adulterauerim: vbi Chriſtus ait: Non miſit DEVS filium ſuum in mundum, vt damnet mundum, ſed vt ſeruetur mundus per eum.

An inquam hęreſin aliquam introduxi, quod addendo OMNIVM CREDENTIVM ipsũ Chriſtum verborum ſuorũ interpretẽ ſecutus ſim: cuius quoq; verba à me iam allegata vere claſſica ſunt, ſicut & ſubſequẽtia ipſius Apoſt. Ioan. 1. Ioan. 2. v. 2. Cum ait, Chriſtum non modo pro noſtris, ſed etiã pto totius mundi peccatis ἱλασμὸν propitiationem factum eſſe? Hic ego addidi OMNIVM CREDENTIVM, Tu ais, me enormem περισσότητα commiſiſſe, cum hæc Apoſtolus non dicat. At idem Apoſtolus v. 15. verba ſua non de mundo generaliter loquendo, ſed de credentibus & credituris in Chriſtũ loqui teſtatur, cum ait: Ne diligite mundum, ſi quis diligit mundum, non eſt Patris charitas in eo. Et v. 19. E nobis egreſſi ſunt quidam: ſed nõ erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum, ſed egreſſi ſunt, vt pateſieret non omnes eſſe ex nobis. At vos vnctionem habetis à ſancto illo profectam.

Miſera, ridiculæ, & impiæ D. Hoe captiones ab ipſis pueris explodendæ.

Vnctio DEI Semen DEI

Item c. 3. v. 9. Qui natus ex DEO, ſemen ipſius in eo manet. It. cap. 4. v. 4. Vos ex DEO eſtis filioli, & viciſtis: quoniam potentior eſt, qui eſt in vobis, quam qui in mundo eſt. Ipſi è mundo ſunt, ideo mundana loquuntur, & mundus eos audit. Et verſ. decimo. In hoc eſt charitas DEI patefacta, non

quod.

quod nos dilexerimus Dᴇᴠᴍ, ſed quod ipſe dilexerit nos & miſerit filium ſuum, vt eſſet propitiatio pro peccatis noſtris: Sic. v: 14. cum ait, Filium eſſe ſeruatorem mundi (non intelligit ſicuti Tu, qui declarationem veram ferre non vis, nempe omnium credentium, imo adulterationem ſcripturæ idipſum vocas) mox addit Apoſtolus: quiſquis profeſſus fuerit, Ieſum eſſe filium Dei, Deus in ipſo habitat & ipſe in Deo. Et cap. 5. v. 4: Quicquid natum eſt ex Deo vincit mundum. Et hæc eſt victoria noſtra, quæ vincit mundum, nempe fides noſtra.

Ex his allegatis ſcripturæ locis & vere plus quam claſſicis, quæ Tu ne verbulo quidem attingis, ſed potius æterna obliuione obruenda cupis, omnes pij ſiue lectores ſiue doctores judicent, ſatisfecerim ne tibi in eo: quod mea interpretatio de ſaluandis omnibus Credituris in mundo magis expoſitioni Chriſti & Ioannis congrua ſit, quam Tua, imprudens, ne dicam, impudens, impia & blaſphema erga Dᴇᴠᴍ & eius clariſſimam veritatem, concertatio: qua mundo ſimpliciter abſque fide, ſalutem adſcribis.

Adulterare ſcripturas & explicare ſcripturas per ſcripturas differunt.

Deinde proterue comminiſceris, quod dicta ſacræ ſcripturæ adulterauerim. Sane adulterare ſacra Oracula, eſt, iis aut addere aliquid aut detrahere, vel alienum ſenſum eis adfingere: at nihil horum à me factum. Nam vt ſuperius dixi, voculæ illæ Credentium & credituris, non fuit additio, ſed interpretatio, ad exprimendum genuinum Chriſti & Apoſtoli ſenſum. Te vero Chriſtum & Apoſtolos in dictis eorum impie ac prophane carpere, deludere, alienum abſurdumque ſenſum excogitare, jam demonſtratum eſt, dum hoc vnicum dictum de ſaluando mundo Ioan. 3: v: 17. ad ſaluandum mundum vniuerſum abſque fide allegas, præteritis & omiſſis aliis infinitis ſcriptis, quibus Chriſtus hoc ſuum dictum interpretatur. Hoc mi D. Doctor eſt, vere deprauare ſcripturam & Chriſto illudere: ad quod, Dᴇᴠᴍ teſtor, toto pectore exhorreſco & miror, potuiſſe reperiri Euangelicum Doctorem talem in toto mundo: qui eſſentialem (vt ita dicam) veritatem Euangelij, nempe fidem (quæ eſt anima Euangelij) oppugnaret, & tanto odio & fidem & credentes, ipſos etiam puerulos & paruulos baptiſmate ſacro, multo magis fœdere diuino & ſpiritu ſancto comprehenſos, perſequeretur.

D. D. Hoe peruerſus mos in alleganda S. ſcriptura.

Inaudita & horrenda D. D. Hoe Theologia.

Inauditum hoc ſeculo tale dogma & quidem Theologicum: Et huius farinæ ſunt omnes pene ingenij tui, quos hactenus edisti, fœtus, quibus ſimpliciores circumuenis, qui te aliquid præ cæteris eſſe, ob vocationem in altiori loco tuam, exiſtimant: quo modo Te ipſum deludis & euertis. Deus Te conuertat: vt tandem deſinas Dᴇo & eius veritati illudere, admonente & comminante Apoſtolo: Ne fallimini, Deus non vult irrideri. Ac certe ipſe Sathan, qui eſt princeps mundi, non poſſet me in dicto illo

D. D. Hoe & alios & ſeipſum decipit.

Ipſo Sathan quomodo poſſet carpere dicta Chriſti in ſuum bonum.

Ioan.3.v.17.aſtutius carpere & in ſuæ malitiæ argumentum rapere, quam ſi (omiſſis omnibus aliis Chriſti iam à me commemoratis dictis, quibus ille genuinum ſuum ſenſum de mundo ſaluando interpretatur) hoc vnicum vrgeret: Chriſtum quidem pro vniuerſo mundo mortuum eſſe, ſed hunc tamen ſaluandum abſque fide in Chriſtum: quia hic Chriſtus in hoc loco non addidit *Credentium* aut *Credituris*, licet alibi addat. Vnde, vel Chriſtum diſſentiẽtia docuiſſe, vel Apoſtolos ſcripſiſſe, rationi autẽ & iudicio bono magis conſentaneum, Chriſtum pro toto mundo & pro omnibus in eo ſiue credant ſiue non credant, mortuum eſſe, atque ita male me interpretari Credentium & credituris, & hoc pacto adulterare ſcripturas. Hac ratione Sathan S. Scripturam (& non ego) adulterando & falſum ſenſum ſcripturis attribuendo, ſibi quoque cum vniuerſo mundo, tanquam princeps mundi, ſalutem adſcriberet.

Reſponſum & quidẽ cũ zelo DEI cur detur D.Hoe. D. Hoe potuit ſuperſedere hiſce diſputationibus.

Ignoſce Clariſſ. D. Doctor iuſtiſſimo zelo DEI. Vaſallus enim DEI ſum, à quo feudum vitæ præſentis & futuræ accepi, cui quoque homagium fidelitatis iuraui. Itaque fidelem me eſſe oportet, vbi de veritate Maieſtatis eius agitur & ſalute mea: & præſertim cum me ad duellum Tecum congrediendum per ſcripta prouocaueris temere, quo facilime ſuperſedere, in vocatione tua quietem curare, expoſtulare cum Theologis, non Politicis rixari: atque ita παίγνια, quæ initio Epiſtolæ tuæ mihi obiicis, tractare potuiſſes.

Impia D. Hoenoua captiones ex loco ad Tim.

Progrederis deinde ad dictum 1. Tim.2.v.6. vbi ais me enormem iterum ςρεβλότητα commiſiſſe in allegatione dicti Pauli 1. Tim.2. vbi allegantur hæc verba. Chriſtum ſe dixiſſe ἀντίλυτρον precium pro omnibus, cur ego addiderim Credituris, quin potius ſimpliciter cum Apoſtolo dicendum fuiſſe 1. Tim.2.v.3. DEVM velle omnes homines ſeruari: Quæ duo teſtimonia adeo perſpicua eſſe ais, vt ne extremis quidem digitis ea attingere voluerim. En nouum viciſſim proponitur pueris ſophiſma eludendum: velle nempe DEVM omnes homines abſque fide ſaluos fieri. Nonne audiuiſti nunc apud Ioannem c. 17. Chriſtum non modò pro Apoſtolis orare, ſed etiam pro omnibus *Crediturus* in ſeſe. En, mea, Paulini dicti interpretatio de verbo ad verbum cum Chriſti congruit, quid ergo iraſceris, quid æſtuas, quid fluctuas, quonam tendis? Egone enormem ςρεβλότητα committo? an non Tu potius, deducendo à fide ad horrendam impietatem.

Ac qualiter hanc fidem, quæ non omnibus, ſed ex ſingulari dono DEI, imo ex æterna noſtra in Chriſto electione datur, idem Apoſtolus in omnibus ſuis ſcriptis doceat, breuibus attingam.

Fides electorum DEI.

Ad Titum Epiſtolam ſuam ſic orditur. Paulus ſeruus DEI, Apoſtolus autem Ieſu Chriſti, ſecundum fidem electorum DEI & agnitionem veritatis, quæ eſt ſecundum pietatem ad ſpem vitæ æternæ, quam promiſerat

rat

rat DEVS ille mentiri neſcius, ante tempora ſeculorum. Et ad Timoth. 1. capite ſecundo, verſiculo quarto, vbi ait DEVM velle omnes homines ſeruari: hoc intelligendum vti iam dictum de omnium conditionum & ſexus hominibus: dum pro regibus & omnibus preces fundere iubet, vti iam dictum eſt, & vti ex interpretatione Beati Lutheri contra Eraſmum audies, & ſupra ex parte audiuiſti. Et ſecunda ad Timot. c. 1. verſic. 9. ait Apoſtolus: Nos vocatos eſſe vocatione ſancta, non ex operibus noſtris, ſed ex DEI propoſito & gratia: quæ data quidem eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſeculorum, ſed patefacta nunc eſt, per illuſtrem aduentum ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui mortem aboleuit, & vitam illam in lucem produxit, ac immortalitatem per Euangelium.

Omnes tres dentes omnium conditionum & ſexus ſaluãtur.

Ex propoſito DEI ante tẽpora ſecularia ſaluantur.

Et c. 2. verſ. 9. Solidum fundamentum ſtat, habent hoc ſigillum, Nouit Dominus qui ſunt ſui: & diſcedendum ab iniuſtitia omni, qui inuocat nomen Chriſti. Cæterum in magna domo, non tantum eſſe vaſa aurea & argentea, ſed etiam lignea & teſtacea, & alia quidem ad decus, alia vero ad dedecus. Si quis igitur ſe ab his expurgauerit, erit vas ad decus ſanctificatum & accommodum vſibus Domini, ad omne opus bonum comparatum. Hactenus Paulus. Atq; talia vaſa electa aliquando inter vaſa dedecoris latitantia, qualia erant Manaſſes idololatra, tyrannus, pœnitentiam deinde agens; item publicani, meretrices pœnitentiam agentes: quę Chriſti teſtimonio in vita æterna præceſſuræ ſunt inflatos Phariſæos alta de ſe præſumentes. Duriſſima erant hæc verba Chriſti Phariſæis, quos inanis gloria totos tenebat occupatos. Sed ita placuit DEO, ita ſeſe patefacere: quod ſit perfectè iuſtus & perfecte miſericors, cui nihil ad nos ſaluandos operis contulimus, quemadmodum & nos liberi patri noſtro terreno in nobis gignendis. Hinc peccatores pœnitentes, qui judicio humano videbantur eſſe vaſa ad dedecus præparata in gratiam recipiuntur, *Ne quis deſperet*: turgidi vero & inflati reiiciuntur, *ne quis glorietur*. Talis erat latro, ſeram quidem, ſed ſeriam pœnitentiam agens. Tales Epheſij & omnes alij gentes c. 2. mortui in lapſibus & peccatis, in quib. olim vt eſt vita mundi huius inſedebant, facientes ea, quæ carni & cogitationib. libebant, erantq; natura filij iræ, vt reliqui omnes: at poſtquam crediderant ex dono DEI, cogniti erant, fuiſſe electos ad fidem & ad bona opera & ad ſalutē ordinatos & prædeſtinatos, vt adoptarentur in filios per Ieſum Chriſtum pro beneuolo adfectu voluntatis Dei, ad laudem glorioſæ ipſi⁹ gratiæ: qua nos gratis ſibi acceptos effecit in Chriſto dilecto: in quo hademus redemptionem per ſanguinem ipſius, remiſſionem lapſuum ex diuite ipſi⁹ gratia. Et v. 13. ait, eos electos, qui ita crediderunt obſignatos eſſe ſpiritu illo promiſſionis ſancto, qui eſt arrhabo hæreditatis noſtræ, dum in libertatem vindicemur ad laudem gloriæ ipſius. Ex his puto te iam ſatis cognouiſſe,

Solidũ fundamentum.

Vaſa d uerſa de quibus vide infra contra Eraſmum interpretationẽ.

In vocandis & regendis vaſis miſericordia DEI iudicia DEI à noſtris diuerſa.

quod

quod dicta illa Pauli de ſolis electis loquantur & non de mundo incredulo: & vt Lutherus interpretatur hunc locum ad Tim. Si ſe vas purgauerit, ita enim ait infrà contra Eraſmum: Herus eſt, qui vas facit, & non vas ſeipſum. Iam puto te D.D. coram Deo & Angelis eius electis (quos Tu tamen pro electis agnoſcere non vis) & toto mundo, & coram vniuerſa eccleſia DEI, ſufficienter impiæ tuæ interpretationis de mundo abſque fide ſaluando ex S. Scriptura conuictum eſſe. Agnoſce quæſo Te non figulum ſed figuli opus eſſe. Quod ſi præparatum ad gloriam ob gratiam, in Chriſto nobis ante ſecula factam, non aſpernare hanc gratiam tantum, ſed accepta eam, & humiliare coram Deo, nihil tuis viribus (ne iis concidas) tribuendo, ſed in ſolidum ſoli Deo, in Chriſto ſalutis tuæ cauſam adſcribendo gloriam dando. O beatum Te, ſi obſequutus fueris! O infelicem, ſi cum Deo contendere eique obloqui perrexeris. Durum eſt enim contra ſtimulos tum veritatis Dei, & propriæ conſcientiæ aculeos calcitrare, durum cum Deo belligerare. Sed de his ſatis.

Fol. 28.

D.D. Hoe ait Circuli authorem pontificiis adulari.

Apocalyptica oracula, quibus eis beſtiam Romanam denotari ac proprie depingi, ea à me per adulationem, ad Mahometem trahi, & Ieſuitas non Ieſuitas, ſed Chriſtianos me appellitare doles.

Reſpondeo Chriſtianos eſſe, qui in nomen S. S. Trinitatis baptizati ſunt, & in Eccleſia vniuerſali compræhenſi. Vnde nihil me exiſtimo contra officium facere, qui Chriſtianos eos nomino, vti reuera ſunt, & laudo in iis quæ laude digna ſunt: quo ipſo, vigore erectæ concordiæ inter nos Euangelicos & Romano-Catholicos, ſtuduiſſe paci & tranquillitati merito videbor, neque peccaſſe, quod Mahometem AntiChriſtum, quia omnes Chriſtianos & Chriſtum eorum caput, perſequitur, nominauerim. Cæterum ſpero, Candidum lectorem & S. Scripturæ peritum, vbi in Circulo meo inſpexerit in ſpeculum veræ & degeneris Eccleſiæ, tam à Moyſe & Prophetis, quam Chriſto & Apoſtolis propoſitæ, eum facilime agniturum: me proferendo non mea, ſed ſola Prophetarum, Chriſti & Apoſtolorum ſcripta, nemini Chriſtianorum adulatum fuiſſe.

Id D. Doctorem Hoe non vidiſſe, ſatis mirari nequeo. Sed certum eſt vidiſſe; nihilominus tamen voluiſſe ſimplicioribus & circulum meum non lecturis, me, vti in aliis conſueuit, in odium apud ſuos inducere.

Auguſtini illuſtre dictum de omnibus & lupis.

Ac perplacet mihi illud Auguſtini dictum, cuius ſupra mentionem feci, qui inquit, CHRISTVS paſtor ille bonus oues ſuas nouit, licet oues aliquando ſe ipſas neſciant, ſed paſtor nouit eas ſecundum prædeſtinationem ante iacta mundi fundamenta, quam multæ oues foris & multi lupi

intus:

intus: & quam multæ oues intus & multi lupi foris. Foris multi blaſphemantes DEVM, & vitam impiam agẽtes, deinde credunt in Chriſtum & vitã piam agunt. Et multi intus Chriſtum docent, negaturi & blaſphematuri eundem, vitam honeſtam agentes in peſſimam degeneraturi. Hactenus Auguſtinus.

Fol. 37.

Dici non poteſt, quantopere conquereris, quod Te tuoſq; Theologos magnis iniuriis adfecerim & ex agni manſuetudine in leonis ferociam conuerſus fuerim. At conſtat, me neminem noſtrum nominaſſe, quin imo iis inſeruiſſe, laudato in primis vſque ad Cœlum magno illo Euangelij Chriſti præcone & electo DEI organo B. Luthero, cum exhortatione, vt omnes Euangelici, omiſſis iſtis odioſis ſcriptis polemicis & condemnatoriis, facta inter ſe concordia, aut ſyncretiſmo erecto, ſiquidem in fundamento conſentiant, alij alios tolerent, cum ſpiritu manſuetudinis erudiãt, & ſe in charitate Chriſtiana, quæ eſt perfectionis vinculum, mutuo ædificent. Num ergo ad hæc cohortando ex agni manſuetudine in leonis ferociam ſum conuerſus? An non potius (ignoſce iuſto dolori) Tu, qui ab initio in cœlos pene euehendo, opellam circuli mei & promittendo manſuetudinem in conferendo mecum mitiſſimum repræſentabas agnum, ſubinde tamen leonis vnguibus modo contractis, modo aliquantiſper exertis, donec tandem penitus leonis & vrſi faciem & ingenium exhibueris: dum omnium Euangelicorum confeſſiones (inter quas & noſtra Boemica eſt) quæ cum tuis erroribus non conſentiunt, impias & erga DEVM blaſphemas, & Idolo Dagon, quod præ tua doctrina concidit, comparas: adeo vt has confeſſiones ſi fieri poſſet, quantum in te eſt, tum è terra, tum ex ipſa rerum natura excommunicares, extruderes & in nihilum redigeres. O tempora, ô mores. Quæ ſane calumniandi & condemnandi libido ex prauis adfectibus & peruerſo præiudicio proficiſciens, indeque ſua & non quæ Chriſti ſunt quærens, vtinam authoritate piorum principum freno moderationis donaretur.

D. D. Hoe iniuria & conuitia contra authorem Circuli retorquentur in ipſum doctorem.

Fol. 41.

Hanc doctrinam de prouidentia DEI & electione noſtra in Chriſto, quam Moſes, Prophetæ, Chriſtus & Apoſtoli & ipſe B. Lutherus profeſſi ſunt, ais, me cum Caluinianis defendere, & eam talem eſſe, vt non ouum ouo ſimilius eſſe queat, quam hanc doctrinam eorum qui prouidentiam DEI & electionem in Chriſto docent blaſphemiis Mahometicis. Ego ſane qui nec in Caluini nec in Lutheri nec vllius verba iuraui: ſed in verba

prophetarum, Chriſti & Apoſtolorum, examinabo ea quæ tu ex Alcorano proferendo, cum hac doctrina comparas. Nota tibi, inquis, ſunt illuſtris Domine Alcorani ſcripta, toties à te lecta & relecta, imo & in linguam Boemicam transfuſa. In illis ergo nullo negotio ſequentia inuenies emblemata. DEVS quibus vult, viam rectam monſtrat, quos vult, aberrare facit Azora, 15. DEVS hunc aberrare, illum recta via progredi pro ſuo velle perficit Az. 23. DEVS quem vult eligit, omneque ſuum velle perficit Az. 38. DEVS quoſdam ita vult errare: vt non poſſint viam rectam inuenire Az. 10. DEVS quibus vult viam rectam & quibus vult viam malam præbet Az. 17. DEVS partem quandam viam rectam, quandam vero ad malam deducit: ne preceris vt DEVS malos viam rectam edoceat. nil enim perficiet, niſi cui DEVS voluerit, Az. 26. Nonne vides Clariſſime D. Doctor hunc impoſtorem & deluſorem, progeniem illam Iſmaelis, quem ille legitimum Abrahæ filium, in quo omnes gentes benedicendas, & ſe eſſe ſemen illud promiſſum ex Iſmaele deſcendens fabulatur. Nonne, inquam, vides, quod hæc dicta ad illudendum DEO alleget: & in his locutionibus tanquam ſimia DEI ſacram ſcripturam imitari velit: Sic enim pſalmo 107. verſic. 40. Dauid inquit: Fecit, vt errent per inanitatem auium, vel vt vetus interpres habet: fecit errare eos in inuio. Item Eſaiæ 63. verſ. 17. Quare errare feciſti nos ô Iehoua de viis tuis, induraſti cor noſtrum, à timore tuo reuertere per ſeruos tuos, qui ſunt hæreditas tua. Quæ ſane verba audies infra quoque contra Eraſmum à B. Luthero tractari & explicari. Item 2. ad Theſſal. 2. verſ. 11. ipſe Doctor gentium ait, mittet eis DEVS ἐνέργειαν πλάνης, id eſt, efficaciam erroris, vt credant mendacio. Et hæc quidem de aberratione: quæ tamen omnia ita intelligenda ſunt, ne DEO, qui eſt fons omnis boni, miſericordiæ & iuſtitiæ, vel minima culpa detur, aut de eo ſuſpicetur: quaſi DEVS author peccati eſſet. An hic quoq; concludes non ouum ouo ſimilius eſſe, quam Alcorani fabulas cum doctrina Dauidis & Eſaiæ. Quod Azoram 26. à te allegatam attinet, ſimilia his reperiũtur apud Ioãnem c. 5. verſ. 16. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt quis roget. Ergo S. Ioannis & Alcorani doctrina eſt eadem. Quæ eſt hæc conſequentia? Quod autem DEVS quos vult, eligit, omneque ſuum VELLE in illis perficit, nonne hoc prolixe S. Paulus Rom. c. 8. 9. 11. tractat.

Mahomet illuſor, impoſtor & ſimia DEI.

Imo tota ſcriptura veteris, & noui teſtamenti, palam de his loquitur. An non B. Lutherus præ aliis durioribus verbis de his, vti infra demonſtrabitur, contra Eraſmum aſſerit? An horum omnium doctrinam cum Mahometi doctrina conſentientem quoque dixeris? Sic Sathan tentando Chriſtum in deſerto pulcherrimum dictum ex pſalmo 91. citauit. Mandauit Angelis ſuis vt te ferant in manibus, &c.

Item ex Dæmoniacis protulit confeſſionem Petri ſimilem, cum ad Chri-

Chriſtum clamarent duo illi Dæmoniaci Matth. 8. v. 20 Ieſu fi. lij Dei, &c. Lucæ 4. verſ. 34. Dæmoniacus ad Chriſtum clamat, dicens: Non te quis ſis, nimirum ſanctus Dei. Item verſ. quadrageſimo primo. Exibant autem Dæmonia ex multis clamantia ac dicentia: Tu es Chriſtus ille, filius ille Dei. Item ex Pythoniſſa Act. 16. verſ. 17. clamabat Sathan teſtimonium præbens Sanct Paulo & Timotheo. inquiens: Iſti homines ſerui ſunt Dei altiſſimi, qui annunciant vobis viam ſalutis.

Hoc nos omnes veri Chriſtiani profitemur & firmiter credimus. An ergo noſtra doctrina cum Sathanæ doctrina conſentit. Certè ſi ipſemet Alcoranum legiſſes & non ex tuis compilatoribus ea mutuaſſes; reperiſſes, nullam Azoram, id eſt nullum caput in Alcorani fabulis eſſe: in quo impoſtor ille multoties ſibi non contradicat: imo vix vna aut altera lineola reperitur, quæ non diuerſum ſenſum & ſibi ſæpe contradicentem contineat: dum vertigine & ceu phreneſi quadam Sathanæ actus, non cohærentia, ſed diſſonantia & ſibi contraria & quæ nec ipſe intelligit, loquitur: adeo vt huic ſimile chaos in nullo ſcriptore prophano à condito mundo viſum ſit: vti ex compendio Alcorani in meo circulo extracto videre licet. Ex hoc pſeudo-propheta & incarnato Sathanæ organo noſtram in Chriſto electionem calumniari non vereris: dicendo Mahomet docet Devm aliquos eligere & aliquos reprobare: hoc qui docent; doctrina horum adeo Mahometanæ eſt ſimilis; vt ouum ouo ſimilius eſſe nequeat. Verum inter doctrinam Mahometis de electione & inter doctrinam ſacræ ſcripturæ tanta eſt differentia: quanta inter Sathanam & Devm. Mahomet enim ait, Devm eos elegiſſe qui ipſius Alcorano credunt: & illudit Chriſto eum non eſſe Devm, non mortuum, non paſſum pro nobis: Biblia veteris & noui teſtamenti eſſe ſuppoſititia: quare non iis, ſed Alcorano credendum: qui ei in quintum cœlum rapto dictatus eſt: ſic tamen vt Devs originale ſibi in cœlis aſſeruauerit. Et pro electis habendos qui credunt ei, & reprobatis, qui nō credūt. En Sathanā ſimiā Dei de electione diſſerentem. At ſacra ſcriptura docet, omnes vere credētes in Chriſtum & Euangelio eius adhærentes eſſe electos in Chriſto Theantropo ante iacta mundi fundamenta. Quid hic quæſo huic immobili & ſummæ conſolationis Dei doctrinæ cum fabulis Alcorani commune? Imo Impoſtor ille Mahomet, dum vult ſimiam Dei repræſentare, & imitari ſcripturam de electione Dei ſibi ipſi Azora 82. contradicit his verbis: Scire nequimus an terrenos odiat, diligatque Devs: cumque quidam noſtrum boni, quidam in terra ſimus, vias varias ingredimur. Hic dubitante Mahomete an Devs homines in terris degentes curet vel non curet, quæ electio ex hac dubitatione etiam ſecundum doctrinam Mahometis exſtrui poſſet? En Domine Doctor nonne tuæ calumniæ

D.D. Hoe ignarus Alcorani blaſphemat Dei veritatem.

Alcoran qualis.

Differe'tia doctrinæ Chriſtianæ & Mahom. de electione.

Mahomet ſibi contradicit negando prouidentiam Dei & certitudinem ſalutis.

Doctrina D.D. Hoc ſimilis Alcoranica.

ſimiliores ſunt doctrinæ Alcorani? electionem enim in Chriſto calumniari eſt ſalutem ſuam viribus ſuis adſcribere, incertam ac dubiam reddere: vti ex B. Lutheri ſcriptis contra Eraſmum demonſtrabo. Hac ratione & Lutheri doctrina te iudice pro Mahometana declaranda eſſet: & quidem adeo vt non ouum ouo ſimilius eſſe queat. At ego audacter in Domino dico: non ouum viperæ & Baſiliſci ab ouo gallinæ diſſimilius eſſe; quam haſce tuas impias calumnias & commenta ne dicam mendacia, quibus imperitis imponere eniteris. Cæterum non erat tibi ſatis, omnes qui tecum in articulo electionis non conſentiunt, tantis calumniis commaculare, ſed de mea perſona horrenda figmenta pro veris cum tamen falſiſſima ſint in proſcenium publicum proponere: vbi non me, ſed te ipſum in iſto publico tuo proſcenio turpiter maculaſti.

Oro & ego propter Deum lectorem vt citatam paginam percurrat in qua ne vnicum quidem verbum inueniet, quod D. Doctoris inuectiuam bilioſam adiuuet.

Fol. 29.

Hæc verba ſunt ex Luthero citata contra Eraſmum, contradicentem prædeſtinationi & contra ſolos Apoſtatas Conſtantinopoli à me ſcripta.

Verba tua in me inuectiua hæc ſunt D. Doctor: perquam vero (inquis) iniquum, nos Euangelicos ita duriter & indigne tractari. Percurrat enim Lector beneuolus pagellam horologij 188. & ſubſequentes: mirum niſi ad lectionem illarum totus obſtupeſcat. Tantis ſcatent in nos Lutheranos vibratis horrendis criminationibus: quas in venerandum iſtum ſenem à placiditate & manſuetudine alias commendatiſſimum cadere poſſe nunquam crediſſem. Ac ne iniuriam Generoſo D. Baroni facere videar, lubet emblemata quædam excerpere & in proſcenium publicum producere. pag. 188. doctrinam noſtram de permiſſione diuina ſacrilegam, blaſphemam, diabolicam & talem vocat: qua articulus de prædeſtinatione adulteretur & in dubium vocetur: qua vera & ſincera euangelij prædicatio corruat; omnis conſolatio concidat & fiducia noſtra, zelus erga DEVM extinguatur, ſpes ſalutis noſtræ incerta reddatur, & ſpiritus ſanctus mendacij arguatur. Quid grauius, quid ue durius quæſo contra confeſſionem noſtram vnquam dici poſſet? Deuoranda ne putemus hæc ἐγκλήματα: & ſi deglutimus, nonne tacendo conſentire & pro veris ea agnoſcere videbimur? Ita certe iuris habet conſueta regula. Deplorandum quoque eſt: ſub ſpecioſiſſimo pallio B. Lutheri doctrinam noſtram flagellari. Nos vt calamo frena laxare poſſemus intra modeſtiæ tamen limites etiam nos continebimus. Et paulo poſt ſubiungit D. Doctor detorquendo verba illa B. Lutheri, ad me, inquiens ſole meridiano clarius apparet doctrinam illam de reprobatione hominum nequaquam ſacræ ſcripturæ congruam eſſe: imo potius ſacrilegam, blaſphemam & diabolicam: qua vera & ſincera Euangelii prædicatio corruit, omnis conſolatio & fiducia concidit, certitudo ſalutis noſtrę perit, & zelus ardens erga DEVM extinguitur, & ſpiritus ſanctus

Hoc noſtro ſeculo nemo melius quam D. D. Hoc facit, id quod probabitur.

D. D. Hoc retorquet verba Lutheri ad authorem circul, quibus Lutherus contra Eraſmum vſus eſt: atque ita Lutherum ſub pallio authoris circuli condẽnat.

ctus,quo ad diem redemptionis noſtræ obſignati ſumus, contriſtatur. Hactenus tua ſunt verba D. Doctor, ad quorum lectionem legendo ad tam impudentiſſimam calumniam certe obſtupui:quod ea verba mihi attribuas quæ ſolius Lutheri ſunt cogitans an aliquid pudoris in te ſit, qui imperito lectori illa obtrudas, forſan ex hoc fundamento:quod audacter calumniari ſemper aliquid inhæreat. Ita quidem eſt. Verum hoc lucri inde reportat talis columniator,vt inpoſterum etiam ei vera loquenti non adhibeatur fides. Quare vt candido lectori palam conſtet,qualiter D.Hoe hæc verba Lutheri non ex ignorantia,ſed ſtudio calumniandi & in odium me omnibus inducendi pro meis publicauerit, atque ita non me,ſed ipſum Lutherum ſanctę memorię condemnauerit,deſumenda erant nonnulla ex Lutheri tractatu contra Eraſmum, eo ordine quo ille ea ſcripſit: ſiquidem paruulum compendium methodice in circulo meo poſitum D.D.Hoe ſatis non facit, ſupplenda inquam & in proſcenium publicum quoque producenda ſunt ad demonſtrandum, quod ego vera loquor,D. Hoe autem ficta & à veritate aliena. Et quidem folio 35. te, tuoſque libellum B. Lutheri de ſeruo arbitrio dicis magnifacere:aliquas tamen phraſes in eo occurrere quæ commoda interpretatione ex ſequentibus ſcriptis opus habent:deplorandum tamen eſſe quod ſub ſpecioſiſſimo pallio B.Lutheri doctrina vera flagelletur. Certe mi D.Doctor in tota tua epiſtola nihil veracius de te ipſo, per te ipſum dici potuit quam hoc ipſum. Nemo enim noſtro ſeculo,ſub tam ſpecioſo pallio ſimilis flagellator doctrinæ Lutheri exiſtit,vti tu: qui à primariis concionatorib. & defenſoribus doctrinæ B.Lutheri haberi vis. Sed audiemus quomodo defendas: Dum ſub pallio de aliis loquendo, ita Lutherum verbis eius, quibus illi certamen cum Eraſmo de permiſſione diuina, de induratione Pharaonis,de electis & reprobis flagellas,vt id luce meridiana clarius ſit. Scribis enim in tua ad me epiſtola fol. 29. me in circulo meo pagina 188. doctrinam veſtram de permiſſione diuina, ſacrilegam, blaſphemam & diabolicam vocare, qua articulus de prædeſtinatione adulteretur: At quomodo hæc pro meis auſus es Lectoribus obtrudere,cū hęc in circulo meo non pro meis,ſed velut Lutheri verbis allegentur: quibus ille contra Origenem & Hieronymum vſus eſt, defendens contra Eraſmum doctrinam Dei de electione & reprobatione hominum. Tu autem ſcribis doctrinam eorum, qui reprobationem hominum publice defendunt eſſe horridam & ex ipſius Orci, Erebique faucibus ortam: Item fol. 31. horrenda hæc eſſe quæ de benigniſſimo Deo pronunciantur: quod ille odio & exitio deſtinarit,quos ipſi libuit,ex mera ſua voluntate: nulla ipſorum indgnitatis habita ratione,atq; hæc tam horrenda eſſe, ad quæ ipſum cælum exhorreſcat & elementa omnia ſtupeſcant. Vnde fol. 32. ais ſole meridiano clarius apparere:dogma

Lucrum calumniatoris.

D. D. Hoe ait ſe Lutheri tractatū de ſeruo arbitrio magnifacere.

D. D. Hoe ſeipſum pingit qualiter B. Lutherū ſub ſpecioſiſſimo pallio flagellat.

En D. D. Hoe ſpiritū vertiginis: qui enim ante tractatū Lutheri laudabat, nunc vero doctrinam in eo eius quantis conuitiis inceſſat.

iſtud Scripturæ Sacræ nequaquam eſſe congruum , imo potius ſacrilegum, blaſphemum & diabolicum, &c. Vnde verba Lutheri, quibus ille contra Eraſmum vſus eſt , retorques non tam contra me (ſiquidem optimè noſti me hæc pro meis non allegaſſe) quam contra Lutherum & doctrinam eius de prædeſtinatione : quam B. Lutherus ex verbo DEI conſtantiſſime vſque ad mortem defendit. Vbi quantis iniuriis ſub ſpecioſiſſimo pallio doctrinæ Lutheri defendendæ , eundem B. Lutherum illuſtre illud organon DEI adfeceris , quam impie & blaſpheme contra immotam DEI veritatem, quam Lutherus ex verbo DEI docuit, ſcribas, atque ita Apoſtata à Luthero factus ſis, id ex ſubſequentibus ſcriptis Lutheri demonſtrabimus. Quæ ſane blaſphemæ oblocutiones tuæ, quas non tam contra Lutherum, quam contra ipſum DEVM perfecte miſericordem & perfecte iuſtum contraque ipſius verbum immotum deblatras, tales ſunt : vt ad eas merito ipſum cælum exhorreſcere & elementa omnia ſtupeſcere , ipſique Dæmones tibi (vt Lutheri verbis, quibus ad Eraſmum in hac redargutione vſus eſt , quoque vtar) in ea applaudere ad obloquendum DEO & culpandam eius ſacram ſcripturam , doctrinamque veraciſſimam queant. Sed quia non deſinis abſque omni pudore & contra propriam ſcientiam ne dicam conſcientiam tuam (id quod pene ipſis pueris catecheticis , ſi libellum de ſeruo arbitrio contra Eraſmum legerent, & tuas oblocutiones cum eo conferrent , innoteſcere poſſet populo perſuadere Lutherum in illo tractatu contra Eraſmum non aſſeruiſſe hanc doctrinam de prædeſtinatione & noſtra in Chriſto electione , ſed phraſes quaſdam duntaxat difficiliores occurrere, quæ ex ſubſequentibus ſcriptis Lutheri interpretatione opus habent.

D. D. Hoe factus Apoſtata à Lutheri doctrina.

D. D. Hoe ſigmenta de tractatu Lutheri de ſeruo arbitrio.

Quare ſtatui hæc duo excutienda, & candido , pioque lectori ex eodem tractatu proponenda & demonſtranda. Primo an phraſes tantum aliquæ ibi occurrant , ac non potius continuus , toties & tanto zelo in hac doctrina de prouidentia DEI , de libero arbitrio & noſtra in Chriſto electione , approbatus conſenſus. Secundo , An hanc doctrinam ſuam in ſeqentibus ſuis ſcriptis vel refutarit vel aliter interpretatus ſit. Quare hic non ex tomis magnis Lutheri (ſiquidem non omnibus horum copia eſt) ſed ex tractatu illo Lutheri de ſeruo arbitrio contra Eraſmum, qui ſeorſum Anno 1591. in octauo Neoſtadii excuſus eſt , citabuntur : vbi ſcilicet & quo in folio quæ à me allegabuntur , quærenda ſunt : quo candidus Lector comparato paruo libello illo (qui ex ipſis operibus Lutheri Anno 1551. VVitebergæ impreſſis , de verbo ad verbum deſumptus eſt) eo facilius in eo indagare queat , an hæc ita ſeſe habeant , quæ ex tractatu eodem

In tractatu Lutheri de ſeruo arbitrio duo obſeruanda.

Vbi hæc doctrina Lutheri conferenda.

hic

hic propono. Comparet quoque ſibi Lector eundem tractatum ex lingua latina in germanicam à Iuſto Iona piæ memoriæ translatum & Witebergæ primum Anno 1526. impreſſum & deinde Francofurti ad Mænum iterum Anno 1602 recuſum. Et niſi ſtuderem breuitati allegarem ſimul ea, quæ Eraſmus contra Lutherum in ea doctrina de prouidentia DEI & noſtra in Chriſto electione, ſcripſit: quæ tuis modernis ſcriptis & doctrinæ Pelagianorum, quos Diuus Auguſtinus refutauit, ſunt ſimiliora, quam comparatio illa tua Alcorani doctrinæ cum noſtra doctrina de electione. Sed remitto lectorem ad integrum Lutheri de ſeruo arbitrio tractatum tomis eius inſertum & Witebergæ Anno 1551, impreſſum: vbi & Eraſmi diatribe adiuncta eſt. Sed quæ nunc allegabo ea ſunt deſumpta ex breui illo tractatu Neoſtadii ſeorſim excuſo, cuius ſupra memini. Iam ergo ipſa Lutheri verba audiamus contra Eraſmum, an non etiam iis tibi & tui ſimilibus ſufficientiſſimum reſponſum detur?

Fol. 8.

Abſint à nobis Chriſtianis Sceptici & Academici: adſint vero ipſis Stoicis bis pertinaciores diſſertores: quoties Paulus Apoſtolus πληροφορίαν illam, id eſt certiſſimam, firmiſſimam illam conſcientiæ aſſertionem requirit. Tolle aſſertiones & Chriſtianiſmum tuliſti.

Fol. 11.

Quid enim incertitudine miſerius?

Fol. 16. & 17.

Quod vero multis multa manent abſtruſa, non hoc fit ſcripturæ obſcuritate, ſed illorum cæcitate vel ſocordia: qui non agunt, vt clariſſimam veritatem videant. Sicut Paulus inquit: ſi Euangelium noſtrum opertum eſt, in iis qui pereunt, opertum eſt: quorum corda DEVS huius ſeculi excæcauit. Eadem temeritate ſolem obſcurumque diem culparet, qui ipſe ſibi oculos velaret: aut è luce in tenebras iret & & ſeſe abſconderet. Deſinant ergo miſeri homines, tenebras, obſcuritatem cordis ſui, blaſphema peruerſitate ſcripturis DEI clariſſimis imputare.

Cæcis ſemper tenebræ Eſai.

Audi D.D. Hoe.

Fol. 19.

Fol. 19.

Lucianiſta.

Quid dicam Eraſme? totus Lucianum ſpiras, & inhalas mihi grandem Epicuri crapulam, ſi tu hanc cauſam non neceſſariam ducis Chriſtianis? cede quæſo ex harena: nihil tibi & nobis, nos neceſſariam ducimus. Si eſt irreligioſum, ſi eſt curioſum, ſi ſuperuacaneum, vt tu dicis, ſcire an DEVS cõtingenter præſciat aliquid: an voluntas noſtra aliquid agat in his, quæ pertinent ad æternam ſalutem, vel tantum patiatur ab agente gratia, quid rogo erit tum religioſum, quid graue, quid vtile ſcitu?

Idem D.D. Hoe.

Fol. 26.

Dæmones etiam damnant doctrinam de prædeſt.

Tu Eraſme doctrinam de præſcientia & prædeſtinatione DEI irreligioſam, curioſam & vanam facis, ſicuti omnes impii faciunt, quin & Dæmones & damnati exoſam & execrabilem faciunt.

Fol. 28.

Deus nihil cõtingenter ſcit.

Eſt itaque & hoc imprimis neceſſarium & ſalutare Chriſtiano noſſe, quod DEVS nihil præſcit contingenter, ſed quod omnia immutabili & æterna, infallibilique voluntate & præuidet & proponit & facit. Nonne tu es mi Eraſme, qui aſſeruiſti paulo ante, DEVM natura iuſtum, natura clementiſſimum? ſi hoc verum eſt, nonne ſequitur, quod incommutabiliter ſit iuſtus & clemens: vt quemadmodum natura eius non mutatur in æternum: ita nec eius iuſtitia & clementia. At tu credis quod nolens præſciat, aut ignarus velit? ſi volens præſcit, æterna eſt & immobilis (quia natura) ſcientia.

Deus eſt immutabiliter iuſtus & clemens.

Fol. 34.

Contra obloquutores & quidẽ nunc vel maxime contra D. D. Hoe.

Itaque fides Chriſtiana prorſus extinguitur, promiſſiones DEI & vniuerſum Euangelium penitus corruit, ſi doceamur & credimus non eſſe nobis ſciendum, præſcientiam DEI neceſſariam.

Fol. 35.

Attende D. D. Hoe.

Graue eſt in diuinas res & literas impingere, dum aliorum obſequio perſonam ſumimus & inuita conſcientia alienæ ſcenæ ſeruimus.

Fol. 37.

Tertio capite pergis nos modeſtos & quietos illos Epicuros reddere

alio

alio genere conſilij nec ſanioris quam ſunt prædicta duo. Videlicet quod quædam eius generis ſunt, vt etiamſi vera eſſent & ſciri poſſent, non tamen expediret ea proſtituere promiſcuis auribus.

Non vetat tamen Lutherus, quin quibus ad. huc ſua eſt pueritia lactẽ interim alantur, dũ ſolido cibo aſſueſcant & meracũ bibant, vt ſcribit præfat. ad Rõ.

Et hic iterum confundis & miſces omnia more tuo, vt profanis æques ſacra nullo prorſus diſcrimine, iterum lapſus in ſcripturæ & Dei contemptum & iniuriam.

Dixi ſuperius ea quæ ſacris literis aut traduntur aut probantur eſſe non modo aperta, ſed & ſalutaria, ideo tuto inuulgari, diſci, & ſciri poſſe, imo debere: vt falſum ſit quod dicis non eſſe proſtituenda promiſcuis auribus, ſi de iis quæ in ſcriptura ſunt, dicis. Nam de aliis ſi dixeris, nihil ad nos, nec in loco dixeris, ſed verbis chartas & tempora perdis. Deinde noſti, mihi cum ſophiſtis nulla in re conuenire: vt merito mihi parceres, nec eorum abuſus mihi obiiceres. Contra me enim in libro iſto tibi dicendum erat. Scio quid peccent ſophiſtæ, nec te magiſtro opus habeo, & ſatis ſunt à me reprehenſi. Hoc ſemel dictum velim ac repetitum: quoties me ſophiſtis miſces & cauſam meam illorum inſania grauas, inique enim facis, quod optime noſti.

Tuto inuulgari quæ ſacris literis tradita sũt.

Sophiſtæ diſplicent bonis viris.

Fol. 43.

Plane igitur ſignificas tu Eraſme pacem iſtam & tranquillitatem carnis tibi longe præſtantiorem videri, quam fidem, quam conſcientiam, quã ſalutẽ, quã verbum Dei, quam gloriam Chriſti, quam Devm ipſum. Hæc ſi tu non capis, tuam rem age, & ſine illos capere quibus Devs dedit. An tibi ſoli putas eſſe cor, quod iſtis tumultibus in Eccleſia commoretur. Nec nos ſaxei ſumus, aut Margeſiis cautibus nati. Sed quando aliter fieri non poteſt, præelegimus temporali tumultu collidi, hilares in gratia Dei ob verbum Dei inuicto & incorruptibili animo aſſerendum: quam æterno tumultu, ſub ira Dei, cruciatu intolerabili conteri. Chriſtus faxit, vt animus tuus talis omnino ſit, ſicut opto & ſpero. Certe verba tua ſic ſonant, quaſi cum Epicuro fabulas eſſe putes verbum Dei & futuram vitam: dum magiſterio tuo author nobis eſſe vis, vt gratia pontificum & principum, vel pacis huius, certiſſimum verbum Dei pro loco intermittamus & cedamus: quo intermiſſo Devm, fidem, ſalutem & omnia Chriſtiana intermittimus. Quanto rectius Chriſtus nos monet, vt potius totum mundum contemnamus.

Pax mundi eſt redimẽda iactura veritatis.

Arrige aures D. D. Hoe, ſiquid in te ſciẽtiæ & conſcientiæ.

Conciliatores carnales.

Fol. 45.

Deus verus tacere nec vult nec poteſt.

Deus verus qualis?

Fol. 49.

Qui ſaluātur?

Si non omnes ſeruari poſſunt, aliqui tamen ſeruantur, propter quos verbum Dei venit: hi amant eo feruentius & conſentiunt ſanctius.

Fol. 51.

Veritas palam & ſyncere ſemper prædicāda.

Veritas & doctrina ſemper palam conſtanter prædicanda, nunquam obliquanda celandaue eſt. nullum eſt enim in ea ſcandalum.

Fol. 54. & 55.

Hæc D. Hos adeius clamores dicta ſunto de vtilitate doctrina de prædeſtinatione. Paulus. Electio. & indurato dura carni.

Auguſtinus inquit, Devm operari bona & mala in nobis, ſua bona opera, remunerare in nobis, & mala opera punire in nobis. Idem & S. Paulus de induratione Pharaonis loquitur. Mi Eraſme iterum dico, ſi hæc paradoxa ducis, quid contendis? quid æſtuas? contra quem dicis? Si autem Dei verba eſſe credis paradoxa, vbi eſt frons tua, vbi pudor? ſcilicet creator tuus à te creatura ſua diſcet, quid vtile & inutile ſit prædicatu? Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Romanos non in angulum, ſed in publicum ac coram toto mundo liberrimo ore eadem etiam durioribus verbis palam aſſerit, dicens: quos vult indurat, & iterum: Devs volens notam facere iram ſuam, &c. Quid durius (ſed carni) illis Chriſti verbis? Multi vocati, pauci electi? & iterum, Ego ſcio quos elegerim; ſcilicet hæc omnia talia ſunt, te authore, vt nihil poſſit inutilius dici, quo videlicet hinc ad deſperationem & odium & blaſphemiam prolabantur homines impii.

Ita & D. D. Hos obloquitur DEO fol. 19.

Os compeſcere digito. Attendant moderni Polemici, qui contra electionem furiūt, ne ſint in numero hypocritarum.

Fol. 57.

Hic oportuit os digito compeſcere; revereri quod latteret, adorare ſecreta maieſtatis conſilia: & cum Paulo clamare ô homo tu quis es qui contendas cum Deo?

Quis inquis ſtudebit corrigere vitam ſuam? Reſpondeo nullus hominum, nam correctores tuos ſine ſpiritu Devs nihil moratur, cum ſint hypocritæ. Corrigentur autem electi & pii per Spiritum Sanctum; cæteri incorrecti peribunt?

Prædeſtinatio deducit ad gratiam, humilitatem, pietatem & gratitudinem.

Fol. 58.

Quod ſi tuo conſilio iſtis dogmatibus abſtinuerimus & hominibus

bus verbum hoc Dei abſconderimus, vt vnuſquiſque falſa perſuaſione ſalutis illuſus Devm non diſceret timere & humiliari, vt per timorem tandem ad gratiam & amorem veniret. Tum pulchre clauſerimus feneſtram tuam, verum loco eius aperiremus nobis & omnibus valuas imo hiatus & voragines non modo ad impietatem, ſed ad inferni profunda. Si ipſi nec intraremus in cælum, tum alios intrantes prohiberemus. Quæ igitur vtilitas aut neceſſitas talia inuulgandi, cum tot mala videantur inde prouenire? Reſpondeo ſatis quidem erat dicere, Devs voluit ea vulgari, voluntatis vero diuinæ rationem quærendam non eſſe, ſed ſimpliciter adorandam data gloria Deo: quod cum ſit iuſtus & ſapiens ſolus nulli faciat iniuriam: nec ſtulte aut temere quippiam agere poſſit, licet nobis longe ſecus appareat. Hac reſponſione pii ſunt contenti. Tamen vt ex abundantia ſupererogemus: duæ res exigunt talia prædicari. Prima eſt humiliatio noſtræ ſuperbiæ & cognitio gratiæ Dei. Altera ipſa fides Chriſtiana. Primum, Devs certo promiſit humiliatis, id eſt, deploratis & deſperatis gratiam ſuam. Humiliari vero penitus non poteſt homo, donec ſciat, prorſus extra ſuas vires, conſilia, ſtudia, voluntatem, opera omnino ex alterius arbitrio, conſilio, voluntate, opere, ſuam pendere ſalutem nempe Dei ſolius. Siquidem quandiu perſuaſus fuerit, ſeſe vel tantulum poſſe pro ſalute ſua, manet in fiducia ſui, nec de ſe penitus deſpetat: ideo non humiliatur coram Deo, ſed locum, tempus, opus aliquod ſibi præſumit vel ſperat vel optat ſaltem, quo tandem peruenit ad ſalutem. Qui vero nihil dubitat totum in voluntate Dei pendere, is prorſus de ſe deſperat, nihil eligit, ſed expectat operantem Devm, is proximus eſt gratiæ vt ſaluus fiat. Itaque propter electos iſta vulgantur: vt iſto modo humiliati & in nihilum redacti, ſalui fiant. Cæteri reſiſtunt humiliationi huic, imo damnant, doceri hac deſperationem. Itaque ſui aliquid vel modiculum ſibi relinqui volunt quod poſſint. Hi occulte manent ſuperbi & gratiæ Dei aduerſarii. Hæc eſt inquam, vna ratio, vt pii promiſſionem gratiæ humiliati cognoſcant, inuocent & accipiant.

Voragines & hiatus ad infernũ.

Attende D. D. Hoe.

Cur prædeſtinatio palam docenda?

DEVS nulli facit iniuriam.

Vtilitas doctrinæ de prædeſtinatione.

Ignorantia prædeſt. noxia.

Superbi & gratiæ DEI aduerſarii.

Fol. 60.

Hic eſt fidei ſummus gradus, credere illum eſſe clementem, qui tam paucos ſaluat, tam multos damnat: credere iuſtum. Si igitur poſſem vlla ratione comprehendere, quomodo is Devs ſit miſericors & iuſtus, qui tantam iram oſtendit, non eſſet opus

Fidei ſummus gradus.

fide. Nunc cum id compræhendi non poteſt, fit locus exercendæ fidei, dum talia prædicantur & vulgantur.

Fol. 61.

Hoc fiet cũ circulo & hoc Gnomone apologetico DEO ita diſponente.

Prudentius multo feciſſes Eraſme, ſi prorſus tacuiſſes de his. Actum autem iam eſt poſtquam non prorſus negas eſſe vera, occultari non poterunt, ſed ſuſpicione veritatis omnes ad ſeſe inueſtiganda allicient. Vel ergo nega illa eſſe vera, vel tu prior tace, ſi alios tacere voles.

Fol. 62.

Solus Deus operatur ſalutem in nobis, nihil ante opus eius, operamur ſalutare velimus nolimus. Neceſſario vero dico, non coacte: Neceſſitate immutabilitatis, non coactionis.

Fol. 67.

Liberum arbitrium ſoli DEO competit. Sacrilegiũ ſummum.

Liberum arbitrium eſt plane diuinum nomen, nec vlli poteſt competere, quam ſoli diuinæ maieſtati. Ea enim & poteſt & facit ſicut Pſalmus canit: Omnia quæ vult, facit in cælo & in terra. Quod ſi hominibus tribuitur, nihilo rectius tribuitur, quam ſi diuinitas quoque ipſa eis tribueretur, quo ſacrilegio nullum eſſe maius poſſit.

Fol. 72. & 73.

Authoritas humana. Talia ſunt D. D. Hoc ſcripta.

Mouet te Eraſme nonnihil numeroſa ſeries eruditorum virorum, & alia quæ tu plurima fando enumerare vales. Nihil igitur apud nos, quam quod lupus de deuorata philomela dixit, vox es, præterea nihil.

Fol. 87.

Electi lapſi redeunt ad viam.

Atque ſi etiam docemus aliquos in errore teneri in tota vita, tamen ante mortem neceſſe eſt, vt redeant in viam, quia Chriſtus dicit Ioannis decimo, nemo rapiet eos è manu mea.

Fol. 142.

Homo ante lapſum & poſt lapſum qualis?

Nam etſi primus homo non erat impotens aſſiſtente gratia, tamen in hoc

hoc præcepto ſatis oſtendit ei DEVS, quam eſſet impotens abſente gratia. Quod ſi is homo, cum adeſſet ſpiritus noua voluntate non potuit velle bonum de nouo propoſitum, id eſt obedientiam, quia ſpiritus illam non addebat, quid nos ſine ſpiritu poſſemus in bono amiſſo? Oſtenſum eſt ergò in iſto homine triplici exemplo pro noſtra ſuperbia conterenda, quid poſſit liberum arbitrium noſtrum ſibi relictum, ac non continuo magis ac magis actum & auctum ſpiritu Dei. Ille non potuit in auctiorem ſpiritum, cuius primitias habebat, ſed cecidit à primitiis ſpiritus: quomodo nos lapſi poſſemus in primitias ſpiritus ablatas? præſertim iam regnante in nobis plena poteſtate Sathanæ, qui illum ſola tentatione nondum regnans in eo proſtrauit. Nihil fortius diſſeri poſſet, contra liberum arbitrium, quam ſi locus hic Eccleſiaſtici cum lapſu Adæ tractaretur.

Fol. 161.

In illo dicto Ezechielis: nolo mortem peccatoris &c. DEVS peccatorem poſitum in adflictione & deſperatione erigit & conſolatur, ne lignum fumigans extinguat, & calamum quaſſatum conterat, ſed ſpem veniæ & ſalutis faciat, vt magis conuertatur ſcilicet conuerſione ſalutis à pœna mortis & viuat, hoc eſt bene habeat, & ſecura conſcientia lętetur. Hoc enim obſeruandum eſt: ſicut vox legis non fertur niſi ſuper eos, qui peccatum non ſentiunt nec agnoſcunt, ſicut Paulus dicit Rom. 3. Per legem cognitio peccati; ita verbum gratiæ non venit niſi ad eos, qui peccatum ſentientes adfliguntur & tentantur in deſperatione. *Quomodo DEVS non vult mortē peccatoris?*

Fol. 163.

Cæterum cur alij lege tanguntur, alij non tanguntur, vt illi ſuſcipiant & illi contemnant gratiam oblatam; alia quæſtio eſt, nec hoc loco tractatur ab Ezechiele, qui de prædicata & oblata miſericordia Dei loquitur, non de occulta illa & metuenda voluntate Dei, ordinantis ſuo conſilio, quos & quales prædicatæ & oblatæ miſericordiæ capaces & participes eſſe velit. Quæ voluntas non requirenda, ſed cum reuerentia adoranda eſt, vti ſecretum longe reuerendiſſimum maieſtatis diuinæ, ſoli ſibi reſeruatum, ac nobis prohibitum multo religioſius, quam infinitæ multitudinis ſpecus coricij. *Voluntas DEI dupliciter modo conſideranda. 1. Prædicata & 2. occulta.* *Secretum Maieſtatis DEI.*

Fol. 165.

Relinquendus eſt igitur Deus in maieſtate & natura ſua. Sic enim nihil nos cum illo habemus agere, nec ſic voluit à nobis agi cum eo, ſed quatenus *Maieſtas DEI reuerenda.*

Quomodo DEVS iuſtus deplorat aut non deplorat mortem impii.

tenus indutus & proditus eſt verbo ſuo quo nobis ſeſe obtulit, cum eo agimus, quod eſt decor & gloria eius, quo Pſalmiſta celebrat eum indutum. Sic dicimus DEVS pius & iuſtus non deplorat mortem populi, quam operatur in illo: ſed deplorat mortem quam inuenit in populo & amouere ſtudet. Hoc enim agit DEVS, prædicatus vt ablato peccato & morte ſalui ſimus: miſit enim verbum ſuum & ſanauit eos. Cæterum DEVS abſconditus in maieſtate neque deplorat, neque tollit mortem, ſed operatur vitam, mortem & omnia in omnibus.

DEVS prædicatus & DEVS abſconditus.

DEVS liberrimum agens.

Quomodo non vult aut vult DEVS mortem peccatoris.

Neque enim tum verbo ſuo definiuit ſeſe, ſed liberum ſeſe reſeruauit ſuper omnia. Illudit autem ſeſe diatribe ignorantia tua, dum nihil diſtinguit inter DEVM prædicatum & abſconditum: hoc eſt inter verbum DEI & DEVM ipſum: multa facit DEVS quæ verbo ſuo non oſtendit nobis: multa quoque vult, quæ verbo ſuo non oſtendit ſeſe velle. Sic non vult mortem peccatoris verbo ſcilicet, vult autem illam voluntate imperſcrutabili. Nunc autem nobis ſpectandum eſt verbum, relinquendaque illa voluntas imperſcrutabilis.

Fol. 172.

Similitudo contra oblocutores.

Accerſuntur auxilia rationis carnalis, nempe ſequelæ & ſimilitudines, ac ſi videas pingi vel ſomnieris muſcarum Regem ſtipatum lanceis ſtipulaceis & clypeis fœneis aduerſus veram & iuſtam aciem bellatorum hominum. Sic pugnant humanę diatribes ſomnia. Principio illud Matthæi vigeſimo tertio, procedit velut muſcarum Achilles, Ieruſalem, Ieruſalem quoties volui congregare filios tuos & noluiſti? Si cuncta (inquit) fiunt neceſſitate, nonne poterat merito reſpondere Domino Ieroſolyma? Quid inanibus lachrymis te maceras? Si tu nolebas nos auſcultare Prophetis, cur eos miſiſti? Cur nobis imputas quod tua voluntate, noſtra neceſſitate factum eſt?

Fol. 174. & 175.

Pluribus inculcat diſtinctionem voluntatis & applicat loco Matth.

Nos dicimus, vt iam diximus, de ſecreta illa voluntate maieſtatis non eſſe diſputandum & temeritatem humanam, quæ perpetua peruerſitate, relictis neceſſariis illam ſemper impetit & tentat, eſſe auocandam & retrahendam ne occupet ſeſe ſcrutandis illis ſecretis maieſtatis, quæ impoſſibile eſt attingere: vt quæ habitet lucem inacceſſibilem teſte Paulo. Occupet vero ſeſe cum DEO incarnato, ſeu (vt Paulus loquitur) cum Ieſu crucifixo, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ, ſed abſcon-

Differentia inter voluntatem DEI incarnati & ſecretam voluntatem maieſtatis diuinæ.

diti,

diti,per hunc enim abundè habet,quid ſcire,& non ſcire debeat. Devs igitur incarnatus hic loquitur, volui & tu noluiſti, Devs, inquam incarnatus in hoc miſſus eſt: vt velit, loquatur, faciat, patiatur, offerat omnibus omnia, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria, licet plurimos offendat, qui ſecreta illa voluntate maieſtatis vel relicti vel indurati, non ſuſpiciunt volentem, loquentem, facientem, offerentem, ſicut Ioan. dicit, Lux in tenebris lucet & tenebræ eam non comprehendunt. Et iterum in propria venit & ſui non receperunt eum. Huius itidem Dei incarnati eſt flere, deplorare, gemere ſuper perditione impiorum, cum voluntas maieſtatis ex propoſito aliquos relinquat & reprobet vt pereant. Nec nobis quærendum cur ita faciat, ſed reuerendus Devs qui talia & poſſit & velit. Nec puto aliquis hic calumniabitur, quod illa voluntas de qua dicitur, Quoties volui, &c. etiam ante incarnatum Devm Iudæis fuerit exhibita, vt qui prophetas ante Chriſtum occidiſſe & ſic voluntati eius reſtitiſſe arguantur. Notum eſt enim apud Chriſtianos omnia geri per prophetas in nomine futuri Chriſti, qui promiſſus erat, vt incarnatus Devs fieret: vt voluntas Chriſti recte dicatur, quicquid ab initio mundi per verbi miniſtros oblatum eſt hominibus.

Dicet vero hic ratio, vt eſt naſuta & dicax, pulchrè hoc inuentum eſt effugium: vt quoties vi argumentorum vrgemur, ad voluntatem illam maieſtatis metuendam recurramus, & diſputatorem vbi moleſtus fuerit ad ſilentium adigamus; non aliter, quam Aſtrologi ſuis epicyclis repertis omnes quæſtiones de motu totius cœli eludunt. Reſpondemus non eſſe noſtrum inuentum, ſed diuinis ſcripturis firmatum præceptum. Sic enim Paulus Rom. nono dicit: *Ad naſutæ rationis oblocutionem reſponſio.*

Quid igitur queritur Devs? Quis voluntati eius reſiſtet? O homo tu quis es, qui contendas cum Deo? an non habet poteſtatem figulus? & reliqua. Et ante eum Eſaias quinquageſimo octauo. Me etenim de die in diem quærunt & vias meas ſcire volunt, quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit. Rogant me iudicia iuſtitiæ & appropinquare Deo volunt. Puto iſtis verbis ſatis monſtrari non licere hominibus ſcrutari voluntatem maieſtatis. Deinde cauſa hæc eſt huiuſmodi, vt in illa maxime petant peruerſi homines voluntatem illam metuendam: ideo maxime locus eſt, eos tum ad ſilentium tum & reuerentiam hortari. In aliis cauſis non ita facimus, vbi talia tractantur, quorum ratio reddi poteſt & reddi nobis mandata eſt.

Quod ſi qs pgat ſcrutari rationē volūtatis illiꝰ nec noſtrę monitioni cedit, hūc ſinimꝰ ire & Gigātū more cū Deo pugnare ſpectaturi quos triūphos ſi. *Gigantes & eorum triumphi.*

ſit reportaturus, certi quod cauſæ noſtræ nihil ſit detractaturus & ſuæ nihil collaturus. Manebit enim fixum, quod aut liberũ arbitriũ omnia poſſe probabit, aut quod adductæ ſcripturæ contra ipſummet pugnabunt. Vtro autem facto, victus iacet & nos victores ſtamus.

Fol. 187.

Ad naſutam rationem reſponſum, Cur DEVS per verbum agit?

Quod ſi hic ratio naſum vrget & dicat. Cur autem iſta velit Deus per *verba* fieri, cum talibus verbis nihil efficiatur, neque voluntas in vtram partem ſeſe vertere poſſit, cur non tacito verbo facit, quod facit: cum poſſit omnia ſine verbo facere? Et voluntas per ſeſe nec plus valet, aut facit verbo audito, ſi deſit ſpiritus, intus mouens, nec minus valeret aut faceret verbo tacito, ſi aſſit ſpiritus cum totum pendeat in virtute & opere ſpiritus ſancti? Dicemus ſic placitum eſt DEO, vt non ſine verbo, ſed verbum tribuat ſpiritum, vt nos habeat ſuos cooperatores, dum foris ſonamus, quod intus ipſe ſolus ſpirat vbi, vbi voluerit, quæ tamen abſque verbo facere poſſet, ſed non vult. Iam qui ſumus nos, vt voluntatis diuinæ cauſam quæramus? Satis eſt noſſe quod DEVS ita velit & hanc voluntatem reuereri, diligere & adorare decet, coercita rationis temeritate. Nam & Chriſtus Matth. 11. nullam aliam rationem adfert, cur ſapientibus abſcondatur euangelium, quod paruulis reuelatur, quam quod ſic placuit Patri. Sic nos abſque pane poſſet alere & reuera vim alendi tribuit ſine pane, vt Matth. 4 dicit. Non alitur homo pane ſolo, ſed verbo Dei: placuit tamen per panem & cum pane foris adhibito intus nos alere verbo.

Præcones DEI.

Voluntas DEI reuerenda.

Fol. 201. & 202.

De induratione cordis Pharaonis.

Stat ibi verbum Dei, ego indurabo cor Pharaonis, ſi tu dixeris ſic accipiendum eſſe vel accipi poſſe, Ego permittam indurari, audio quidem ſic poſſe accipi, audio hunc tropum populari ſermone vulgatum, vt ego te perdidi, quia ſtatim non correxi errantem. Sed non eſt illi probationi locus. Non quæritur an tropus ille ſit in vſu? Non quæritur an aliquis poſſit eum hoc loco Pauli vſurpare, ſed hoc quæritur an tutum ac certum ſit recte hoc loco vſurpare & an Paulus velit eo vti. Non de alieno lectoris vſu, ſed de ipſius authoris Pauli vſu quæritur? Quid facies conſcientiæ ſic quærenti? Ecce Deus author dicit, *Indurabo cor Pharaonis*, aperta & nota eſt ſignificatio verbi indurare. Homo vero lector dicit mihi, indurare hoc loco eſt occaſionem indurandi dare, dum non ſtatim corrigitur peccator. Qua authoritate? quo conſilio? qua neceſſitate vocis illa naturalis ſignificatio mihi ſic torquetur? Quid ſi erret lector & interpres? Vnde probatur illam tortu-

Tropi in apertis S. Scripturæ locis non vſurpandi.

Viua conſcientia credit DEO.

torturam verbi hoc loco fieri debere? Periculoſum imo impium eſt verbum DEI, ſine neceſſitate, ſine authoritate torquere. An huic animulæ laboranti, tum ſic conſules: Origenes ſic ſenſit. Aut ſic, Deſine talia ſcrutari cum ſint curioſa & ſuperuacanea. Ad illa reſpondebit Hoe Moſen & Paulum admoneri oportuerat antequam ſcriberent, atq; adeo ipſum Deum: vt quod nos curioſis & ſuperuacaneis ſcriptis deuexant. Non iuuat itaque diatribe hoc miſerum effugium troporum, ſed tenendus hic eſt fortiter Protheus noſter, vt nos faciat certiſſimos de tropo huius loci, idque clariſſimis ſcripturis. Neque enim eſt noſtri arbitrij verba DEI fingere & refingere pro libidine noſtra, alioquin quid reliquum eſt in tota ſcriptura, quod non redeat ad Anaxagoræ Philoſophiam.

Tortores S. Scriptura, & talia ſunt omnia D. D. Hoe ſcripta abſque conſcientia.

Animulæ laboranti conſulendũ ipſa veritate.

Attende D. Hoe.

Fol. 203.

Quando igitur illud Moſi, *Indurabo cor Pharaonis*, ſic interpretatur, Mea lenitas, qua tolero peccantem, alios quidem ad pœnitẽtiam adducit, Pharaonem autem obſtinatiorem reddit in malitia: pulchre dicitur, ſed non probatur ſic oportere dici. Nos vero non contenti dicto, probatum quærimus. Item illud Pauli: Miſeretur, cuius vult, indurat quem vult, plauſibiliter interpretatur, id eſt, DEVS indurat, cum non ſtatim caſtigat peccantem: miſeretur, cum mox ad pœnitentiam per adflictiones inuitat. Sed quo probatur hæc interpretatio. Item illud Eſaiæ.

De induratione cordis Pharaonis.

Errare nos feciſti de viis tuis, induraſti cor noſtrum, ne timeremus te. Eſto Hieronymus ex Origene ſic interpretatur ſeducere dicitur, qui non ſtatim reuocat ab errore. Quis nos certos facit Hieronymum, & Origenem rectè interpretari? Denique pactum noſtrum eſt non authoritate alicuius Doctoris, ſed ſolius ſcripturæ nos velle confligere. Quos igitur Origenes? quos Hieronymos Diatribe nobis oblita pacti obiicit? cum inter eccleſiaſticos ſcriptores nulli fere ſint, qui ineptius & abſurdius diuinas literas tractarint quam Origenes & Hieronymus. Et vt vno verbo dicam, illuc redit licentia iſta interpretandi vt noua & inaudita Grammatica omnia confundantur, vt cum DEVS dicit, *Ego indurabo cor Pharaonis*, mutatis *perſonis*, ſic accipias, *Pharao indurat ſeſe, mea lenitate*: DEVS indurat cor noſtrum, id eſt, nos ipſi induramus nos DEO pœnas differente. Tu Domine errare nos feciſti, id eſt nos errare fecimus nos ipſos, te non caſtigante. Ita DEVM miſereri iam nõ ſignificat donare gratiam aut exhibere miſericordiam, remittere peccatum, iuſtificare aut à malis liberare, ſed contra ſignificat inferre malum & caſtigare.

De errore.

Contra Origenem & Hieronymum.

Fol. 206.

Tu tamen hoc definis, Indurare eſſe id quod indulgere malis, lenitate

Contra malam inter-

pretationem de verbo indurandi.

te & bonitate. Miſereri vero eſſe non indulgere. Sed viſitare & corrigere: Igitur quantum ad DEVM attinet, ipſe perpetua bonitate nihil aliud facit, quam quod indurat & perpetua correptione nihil aliud facit quam quod miſeretur. Quod rogo omiſit DEVS in adfligendo & caſtigando, vocando Pharaone ad pœnitentiam? Nonne enumerantur illic decem plagæ? Si tua definitio ſtat, quod miſereri ſit, peccatorem ſtatim corrigere & vocare, Pharaonis certe miſertus eſt DEVS. Cur ergo DEVS non dicit: *Ego miſerebor Pharaonis*, ſed dicit, *Ego indurabo cor Pharaonis*? In eo ipſo enim, quod miſeretur eius, id eſt, vt tu dicis, adfligit & caſtigat, dicit, *Indurabo eum*, id eſt, vt tu dicis, benefaciam, & tolerabo eum. Quid monſtroſius audiri poſſit? Vbi nunc ſunt tropi tui? Vbi Origenes? Vbi Hieronymus? Vbi probatiſſimi Doctores, quibus vnus homo Lutherus temere contradicit? Sed ſic loqui cogit imprudentia carnis, dum in verbis DEI ludit, nec credit eſſe ſeria. Denique ipſe Pharao non ſemel velut reſipiſcens pœnis illis mouetur, ſed non permouetur, nec perſeuerat.

Origenes & Hieronymus.

Imprudentia carnis.

Fol. 210.

Negantes Electionem in Christo faciunt ex DEO Idolum fortunæ.

Spoliatus vero DEVS virtute & ſapientia eligendi, quid erit niſi Idolum fortunæ, cuius numine omnia temere fiunt? Et tandem eo venietur vt homines ſalui fiant, & damnentur ignorante DEO, vt qui non diſcreuerit certa electione ſaluandos & damnandos, ſed oblata omnibus generali lenitate tolerante & indurante, tum miſericordia corripiente, & puniente hominibus reliquerit, vtri velint ſalui fieri, aut damnari, ipſe interim forte ad conuiuium Æthiopum profectus vt Homerus dicit. Talem DEVM nobis & Ariſtoteles pingit, qui dormiat, ſcilicet, & ſinat ſua bonitate, & correptione, vti & abuti quoslibet. Nec ratio aliter de ipſo poteſt iudicare, quam hic diatribe facit. Sicut enim ipſa ſtertit & contemnit res diuinas, ſic iudicat & de DEO quaſi ſtertat & omiſſa eligendi & diſcernendi inſpirandi ſapientia, voluntate & præſcientia hominibus mandarit negotioſum iſtud & moleſtum opus lenitatem & iram ſuam acceptandi, & refutandi. Huc venitur dum ratione humana DEVM metiri & excuſare volumus, dum ſecreta Maieſtatis non reueremur, ſed penetramus ſcrutantes, vt oppreſſi gloria, pro vna excuſatione mille blaſphemias euomamus, nec noſtri interim memores, ſed ſimul & contra DEVM & nos garrientes velut inſani, dum magna ſapientia, pro DEO, & pro nobis dicere volumus. Nam hic vides quid ex DEO faciat iſte tropus & gloria diatribes.

Homerici Ariſtotelici.

Rationis humana iudicium peruerſum.

Blaſphemi erga DEVM qui? arrige aures D. D. Hoe ſic & tu DEVM excuſare vis. f. l 17.

Deinde quam bene ſibi conſtet, quæ antea lib. arb. in omnibus homini-

bus

bus vna definitione fecit, æquale & ſimile, nunc inter diſputandum propriæ definitionis oblita, aliud facit cultum, aliud incultum ex diuerſitate operum & morum, & hominum diuerſa faciens arbitria libera. Aliud quod bonum faciat, aliud quod non faciat, atque id ſuis viribus ante gratiam, quibus viribus ipſum nihil poſſe velle boni ante definierat. Ita fit dum ſoli voluntati Dei non permittimus indurandi & miſerandi, & omnia faciendo voluntatem & potentiam ipſi lib. arbitr. omnia poſſe tribuamus, ſine gratia, quod tamen negauimus quicquam boni poſſe, ſine gratia, Nihil igitur hic valet ſimilitudo ſolis & imbris. Rectius Chriſtianus ea ſimilitudine vtetur, vt Solem & imbrem, vocet Euangelium, ſicut facit Pſal. 18. & Epiſtola ad Hebr. 10. cultam vero terram electos, incultam reprobos. Illi enim verbo ædificantur, & meliores fiunt. Alioqui lib. arbitrium per ſeſe in omnibus hominibus eſt terra inculta & regnum Sathanæ.

Ridicula liberi arbitrii diuiſio à contradicentibus Electioni in Chriſto.

Similitudo de Sole & imbre & terra.

Fol. 212.

Cauſas etiam videamus fingendi huius tropi in hoc loco, abſurdum (ait diatribe) videtur, vt DEVS qui non ſolum iuſtus, verum etiam bonus eſt, induraſſe dicatur cor hominis, vt per illius malitiam ſuam illuſtraret potẽtiam. Quare ad Origenem recurrit, qui fatetur occaſionem indurationis datam à DEO, culpam tamen in Pharaonem reiicit. Inſuper idem annotauit, quod Dominus dixit, in hoc ipſum excitaui te, non ait, in hoc ipſum feci te: alioqui Pharao non fuiſſet impius, ſi talem condidiſſet DEVS, qui cõtemplatus eſt omnia opera ſua, & erant valde bona. Hæc illa. Abſurditas itaque vna eſt principalium cauſarum, ne verba Moſi & Pauli, ſimpliciter accipiantur. Sed ea abſurditas in quem peccat articulum fidei? aut quis illa offenditur? Ratio humana offenditur, quę cum in omnibus verbis & operibus DEI cœca, ſurda, ſtulta, impia, & ſacrilega eſt, hoc loco adducitur iudex verborum, & operum DEI. Eodem argumento negabis omnes articulos fidei, quod longe abſurdiſſimũ ſit, & vt Paulus ait: ſtultitia gentibus, & ſcandalum Iudæis, DEVM eſſe hominem, virginis filium, crucifixum, ſedentem in dextra Patris. Abſurdum eſt, (inquam) talia credere. Fingamus igitur tropos aliquos cum Arrianis, ne Chriſtus ſit ſimpliciter DEVS. Fingamus tropos cum Manichæis. ne ſit verus homo, ſed phantaſma per virginem ceu radiis per vitrum lapſum, & crucifixum. Sic pulchrè ſcripturas tractabimus.

De induratione Pharaonis.

Ratio humana in rebus diuinis cœca, ſurda ſtulta, impia & ſacrilega.

Fol. 213. & 214.

Abſurdum n. manet ratione iudice vt DEVS ille iuſt⁹ & bonus, exigat à

Rationis humanæ abſurditas.

D. D. Hoe idem loquitur fol. 17.

Talis eſt doctrina D. Hoe fol. 17. ex ratione humana deſumpta.

Scripta D. D. Hoe aſtuantia & rationi ſeruientia.

Orthodoxorum ſcripta.

Induratio unde?

liberó arbitrio impoſſibilia & cum lib. arbitr. non poſſit velle bonum, neceſſarioque ſeruiat peccato: tamen imputet ei; & dum non confert ſpiritum nihil mitius aut clementius faciat, quam ſi induret vel indurari permittat. Hæc dictabit ratio, non eſſe boni & clementis DEI. Superant nimio captum illius nec captiuare etiã ſeſe poteſt, vt credat bonum eſſe DEVM, qui talia faciat & iudicet, ſed ſecluſa fide palpare & videre & comprehendere vult, quomodo ſit bonus & non crudelis. Comprehendet vero tunc quando de DEO ſic dicetur; neminem indurat, neminem damnat, ſed omnibus miſeretur, omnes ſaluos facit, vt deſtructo inferno, poſitoque metu mortis nulla pœna formidaretur futura. Ideo ſic æſtuat & contendit ratio, vt DEVM excuſet & defendat juſtum & bonum. Sed fides & ſpiritus aliter judicant, qui DEVM bonum credunt, etiamſi omnes homines perderet. Et quid prodeſt nos iſtis cogitationibus fatigari, vt culpam indurationis in lib. arbit. reiiciamus, faciat lib. arbit. toto mundo, totiſque viribus quicquid poteſt, nullum tamen exemplum edet, quo vel vitare poſſit, ne induretur niſi ſpiritum dederit DEVS. Vel quo miſericordiam mereatur, ſi ſuis viribus relictum fuerit. Quid enim refert, an induretur vel mereatur indurari, cum induratio neceſſario inſit, donec ineſt impotentia illa, qua non poteſt velle bonum teſte ipſa diatribe? Cum igitur abſurditas non tollatur iſtis tropis, aut ſi tollatur, maiores afferuntur abſurditates & libero arbitrio omnia tribuantur, faceſſant inutiles & seductores tropi, puroque & ſimplici verbo DEI hæreamus.

Fol. 215.

Ante lapſum hominis omnia bona facta.

Poſt lapſum ex corrupto ſemine etiam Impius ad diem malum factus.

Differentia inter creare peccatum & ex malo formare malum aut bonum.

Altera cauſa quod ea quæ fecit DEVS ſunt valde bona, nec DEVS dixit, feci te in hoc ipſum, ſed excitaui in hoc ipſum. Primo dicimus, quod hoc dictum eſt, ante lapſum hominis vbi quæ DEVS fecerat erant valde bona. Sed mox ſequitur tertio capite, quomodo ſit homo factus malus deſertus à DEO ac ſibi relictus. Ex quo homine ſic corrupto, nati ſunt omnes impij etiam Pharao, ſicut Paulus ait: Eramus omnes natura filij iræ ſicut & cæteri. Condidit igitur DEVS Pharaonem impium, hoc eſt ex corrupto & impio ſemine, ſicut in prouerbiis Salomonis dicit omnia propter ſemetipſum fecit, Dominus etiam impium ad diem malum: non quidem creando malitiam in eo, ſed ex malo ſemine formando eum & regendo. Non igitur ſequitur, DEVS condidit impium, ergo non eſt impius ex impio ſemine? ſicut dicit, pſalmo quinquageſimo, Ecce in peccatis conceptus ſum. Et Iob. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine. Licet enim DEVS peccatum non

faciat

faciat: tamen naturam peccato ſubtracto ſpiritu vitiatam non ceſſat formare & multiplicare; tanquam ſi faber ex ligno corrupto ſtatuam faciat. Ita qualis eſt natura, tales fiunt homines DEO creante & formante illos ex natura tali. Secundo dicitur ſi de operibus DEI poſt lapſum intelligi voles: Erant valde bona. Obſeruabis hoc dici non de nobis, ſed de DEO. Non enim dicit, vidit homo, quæ faciat DEVS & erant valde bona. Multa videntur DEO & ſunt valde bona, quæ nobis videntur & ſunt peſſima. Sic afflictiones, mala, errores, infernus, imo omnia opera DEI ſunt coram mundo peſſima & damnabilia. Quid Chriſto & Euangelio melius? at quid mundo execratius? Igitur quomodo ſint bona coram DEO, quæ nobis mala ſunt, ſolus DEVS nouit & ii, qui oculis DEI vident, id eſt qui ſpiritum habent. Sed tam acuta diſputatione nondum opus eſt, ſufficit interim illa prior reſponſio.

Similitudo.

Iudicia DEI & humana in iudicandis bonis differunt.

Fol. 217. & 218.

Ratio etiam diatribe concedit DEVM omnia in omnibus operari ac ſine ipſo nihil fieri nec efficax eſſe, eſt enim omnipotens, pertinetque id ad omnipotentiam ſuam, vt Paulus ait ad Epheſ. Iam Satham & homo lapſi & deſerti à DEO, non poſſunt velle bonum. Illud igitur reliquum quod dicimus naturæ in impio & Sathana vt creatura & opus DEI non eſt minus ſubiectum omnipotentiæ & actioni diuinæ, quam omnes alię creaturæ & opera DEI. Quando ergo DEVS omnia, & omnibus mouet & agit neceſſario, etiam mouet & agit in Sathana & impio. Agit autem in illis taliter, quales illi ſunt & quales inuenit. Hic vides DEVM in malis mala & per malos operatur mala quidem fieri, DEVM tamen non poſſe male facere, licet mala per malos faciat: quia ipſe bonus mala facere non poteſt: malis tamen inſtrumentis vtitur, quæ raptum & motum potentiæ ſuæ non poſſunt euadere. Hæc rata & certa ſunt, ſi credimus Omnipotentem eſſe DEVM.

Sathan & homo poſt lapſum non aliud niſi malum faciunt.

DEVS etiã malis inſtrumentis ad ſuã gloriam vtitur.

Fol. 221.

Non igitur quiſpiã cogitet DEVM cũ dicitur indurare aut malũ in malis operari (indurare n. eſt malũ facere) ſic facere quaſi de nouo in nobis malũ creet. Sic Sathanę voluntatem malã inueniẽt nõ aũt creans, ſed deſerẽte DEO & peccãte Sathana malã factã arripit operando & mouet quorſum vult, licet illa voluntas mala eſſe non deſinat, hoc ipſo motu DEI. Hoc modo dixit Dauid de Simei, ſiue illũ vt maledicat, Dominus enim præcepit illi vt maledicat Dauid. Quomodo præcipiat DEVS maledicere ſcilicet tam virulentum & malum opus? Externum non erat vſpiam tale

DEVS malum non creat, ſed regit & dirigit quo vult.

Demonſtrabo in Semei vbi DEVS per Moyſen vetat maledicere Principi, & hic iubet.

præceptum. Reſpicit igitur Dauid illo, quod DEVS Omnipotens dixit & facta ſunt, hoc eſt verbo æterno omnia facit. Itaq; voluntatem Simei iam malam cum omnibus membris cõtra Dauid antea accenſam oblato opportune Dauid, vt merito talem blaſphemiam rapit diuina actio & omnipotentia & ipſe DEVS bonus per malum & blaſphemum organum præcipit, id eſt, verbo dicit & facit ſcilicet raptu actionis ſuæ hãc blaſphemiã. Sic indurat Pharaonem cum impiæ & malæ eius voluntati offert verbum & opus, quod illa odit vitio ſcilicet ingenito & naturali corruptione.

Fol. 224.

Quæſtio prima cur DEVS ſic moueat malas hominũ & Dæmonum volũtates? Reſp. quia DEVS eſt.

Quæſtio ſecunda cur non mutat malas malorũ volũtates? Reſ. Hoc inquirere nõ licet. Iudicia Domini abyſſus magna.

Contra eos qui doctrinã de prædeſtinatione plenam offendiculorum eſſe aiũt. id quod ait D. D. Hoe fol. 20

DEVS ſolus eſt causa cauſarum, regula regularum.

Quæret quiſpiam cur DEVS non ceſſet ab ipſo motu Omnipotentiæ, quo voluntas impiorũ mouetur, vt pergat mala eſſe & peior fieri. Reſpõdetur hoc eſt optare, vt DEVS propter impios deſinat eſſe DEVS, dum eius virtutẽ & actionẽ optas ceſſare, ſcilicet vt deſinat eſſe bonus, ne illi fiãt peiores. At cur nõ ſimul mutat võluntates malas quas mouet? Hoc pertinet ad ſecreta maieſtatis, vbi incõprehẽſibilia ſũt iudicia eius. Nec noſtrũ hoc eſt quærere, ſed adorare myſteria hæc. Quod ſi caro & ſanguis hic offenſa murmuret, murmuret ſane, ſed nihil efficiet. DEVS ideo nõ mutabitur. Et ſi ſcãdalizati impii diſcedãt quãplurimi Electi tamẽ manebunt. Idẽ dicitur illis qui quærũt cur permiſit Adam ruere, & cur nos omnes eodẽ peccato infectos cõdidit, cur potuiſſet illũ ſeruare & nos aliũde vel primũ purgato ſemine creare. DEVS eſt, cuius volũtatis nulla eſt cauſa nec ratio, quæ illi ceu regula & mẽſura præſcribatur, cũ nihil ſit illi æquale aut ſuperius, ſed ipſe eſt regula omnium. Si enim eſſet illi aliqua regula vel mẽſura aut cauſa aut ratio, iam nec DEI voluntas eſſe poſſet. Non enim quia ſic debet vel debuit velle, ideo rectum eſt, quod vult, ſed contra quia ipſe ſic vult, ideo debet rectum eſſe quod fit. Creaturę voluntati cauſa & ratio præſcribitur, ſed non Creatoris voluntati, niſi alium illi præfeceris creatorem.

Fol. 229.

Hinc illud eſt, quod fere per ſingulas plagas repetit Moſes & induratũ eſt cor Pharaonis, vt nõ dimitteret populũ, ſicut locutus fuerat Dominus. Quid eſt hoc ſicut locutus erat Domin9, niſi vt verax appareret Dominus, qui illum indurandũ prædixerat. Si hic vlla erat vertibilitas aut libertas arbitrii in Pharaone, quæ in vtrumq; potuiſſet, non potuiſſet DEVS tã certo prædicere eius indurationem. Si enim DEVS õmiſiſſet actionem omnipo-

Voluntas Dei regula omnium, obſerua etiam vt permiſſionem Dei non ſeparet à voluntate ipſius, in lapſu Adæ: quemadmodum & Auguſtinus inquit Ench. 2. ad Laurent: cap: 100 miro & ineffabili mondo non fit per eius voluntatem quod etiam contra eius fit voluntatem, quia non fieret ſi non ſineret nec vtique nolens ſinit ſed volens.

Pharao non habuit veribilitatem.

tentiæ

tẽtię ſuę in Pharaone tum cum ei verbum Moſi cõtrarium obiecit & ſola voluntas Pharaonis ſua vi egiſſe figeretur, tũ diſputãdi locus forte fuiſſet. Nunc vero cum agatur & rapiatur volendo, non fit quidem voluntati eius vis, quia non cogitur nolens, ſed naturali operatione DEI rapitur ad volendum naturaliter qualis qualis eſt (eſt autem mala) ideo non poteſt non impingere in verbum & ſic indurari.

Fol. 231. & 232.

Figmentum illud de neceſſitate conſequẽtiæ & conſequentis ſuperius confutatum eſt, fingat, refingat, cauilletur, recauilletur diatribe quantum volet, ſi preſciuit DEVS Iudã fore proditorẽ neceſſario Iudas fiebat proditor, nec erat in manu Iudæ aut vllius creaturæ aliter facere aut voluntatẽ mutare, licet id fecerit volendo nõ coactus. Sed velle illud erat opus DEI: quod omnipotentia ſua mouebat, ſicut & omnia alia. Stat enim inuicta & euidens ſententia, DEVS nõ mẽtitur nec fallitur: nõ ſunt hic obſcura verba vel ambigua, etiãſi omnes omnium ſeculorũ Viri doctiſſimi cæcutiãt, vt aliter ſaperẽt & dicerent. Et vt multa tergiuerſeris cõſcientia tamẽ tua & omnium cõuicta cogitur ſic dicere: Si Deus nõ fallitur in eo quod præſcit, neceſſe eſt ipſum pręſcitum fieri, alioqui quis credere poſſe ei⁹ promiſſionibus, quis metueret eius minas? Si non ſequitur neceſſario quod promittit aut minatur? Aut quomodo promittat aut minetur, ſi pręſcientia eius fallit aut noſtra mutabilitate impediri poteſt? Obſtruit plane hæc nimia certę veritatis lux, omnium os, dirimit omnes quęſtiones, victoriã ſtatuit aduerſus omnes argutias eluſorias. Scimus ſane præſciẽtiã hominum falli, ſcim⁹ nõ ideo ecclypſin venire, quia pręſcitur, ſed ideo pręſciri, quia ventura eſt. Quid nobis cum iſta præſciẽtia? De præſciente DEO diſputamus: huic niſi dederis neceſſarium effectum præſciti, fidem & amorẽ DEI abſtuliſti, promiſſiones & minas diuinas omnes, labefeciſti, atque adeo ipſam diuinitatem negaſti, vult enim DEVS eadem quæ præſcit.

Iudas neceſſario ſed volens & non coactus proditor.

Arrige aures D. D: Hoc ſi quid in te viua conſcientiæ & ſpei in Chriſto eſt.

Diuerſa præſcientia DEI & hominum.

Attende D. D. Hoc. Hæc enim verba ſunt diriora, quam ea quã in Circulo ex eodem tractatu allegaui.

Fol. 234. & 235.

Cæcutiant ſane hic infinita millia doctorum probatiſſimorũ & ſcripturas fingant dilucidas non eſſe & quæſtionem difficilem paueant. Nos habemus verba clariſſima quæ ſic ſonant: cuius vult miſeretur, quem vult indurat. Item dicis itaque mihi, quid quæritur? voluntati eius quis reſiſtet? Hic Apoſtolus compeſcit vt iubeat eos tacere & reuereri maieſtatem potentiæ & voluntatis diuinæ, in quam nos nullum ius, ipſa vero in nos

Cæcitas D. D. Hoe, qui contradicendo huic doctrinæ aut ſe fol. 7 cum ſuis Doctoribus emũctoris naris inter Euangelicos eſſe, quam eos qui eam defendunt, õſi Lutherus eſſet rediuiuus bone DEVS quali linteolo reſiduas ſordes talium naſium emungeret.

DEI in nos poteſtas, vt qui nulli quidquam debet.

in nos habet plenum ius faciendi quicquid voluerit, neque fieri nobis iniuriam, cum nihil nobis debeat, nihil à nobis acceperit, nihil promiſerit, niſi quantum voluit & placuit.

Fol. 236.

Murmuratores & blaſphematores erga DEVM & talia verba ſunt D. Hoe fol. 21.

Non dicimus cum murmuratoribus & blaſphemantibus DEVM quid adhuc quæritur? voluntati eius quis reſiſtet? vbi DEVS natura clementiſſimus? vbi qui non vult mortem peccatoris? an ideo nos condidit, vt delectaretur cruciatibus hominum, & ſimilia, quæ apud inferos & damnatos vlulabuntur in ſempiternum. At talem oportet eſſe DEVM, viuum, verum & liberrimum.

Fol. 238. & 239.

Ratio naturalis offenditur.

Verba etiā ſunt D. D. Hoe fol. 21. Lutheri certamen & tentationes ob articulū de prædeſtinatione in ſummam conſolationem redacta.

Vani diſputatores.

Ach D. D. Hoe attende an nō te quoque hic Aculeus pūgit ſi modo fides in te viua & non hiſtorica eſt?

Scilicet nos offendit quam maxime ſenſum iſtum communem ſeu rationem naturalem, quod DEVS mera voluntate ſua homines deſerat, induret, damnet, quaſi delectetur peccatis & cruciatibus miſerorum tantis & æternis, qui prędicatur tantæ miſericordiæ & bonitatis, &c. Hoc, inquam, hoc crudele & intolerabile viſum eſt de DEO ſentire, quo offenſi ſunt etiam tot & tanti viri tot ſeculis. Et quis non offendetur? Ego ipſe non ſemel offenſus ſum, vſque ad profundum & abyſſum deſperationis, vt optarem nunquam me creatum eſſe hominem, antequam ſcirem, quã ſalutaris eſſet illa deſperatio & quam gratiæ propinqua. Ideo ſic ſudatum & laboratum eſt pro excuſanda bonitate DEI pro accuſanda voluntate hominis. Ibi repertæ diſtinctiones de voluntate DEI ordinata & abſoluta de neceſſitate conſequentiæ & cõſequentis & multa ſimilia. Sed quibus nihil eſt profectum niſi quod rudibus impoſitum eſt inanitate verborum & oppoſitione falſo nominatæ ſcientiæ. Manſit nihilominus ſemper aculeus ille alto corde infixus tam rudibus quam eruditis, ſi quando ad rem ſeriam ventum eſt, vt ſentirent neceſſitatem noſtram, ſi credatur præſcientia & omnipotentia DEI. Atque ipſamet ratio naturalis, quæ neceſſitate illa offenditur & tanta molitur ad eam tollendam, cogitur eam concedere, proprio ſuo iudicio conuicta, etiamſi nulla eſſet ſcriptura. Omnes enim homines inueniunt hanc ſententiam in cordibus ſuis ſcriptam & agnoſcunt eam ac probant (licet inuiti) cum audiunt eam tractari. Primo DEVM eſſe Omnipotentem non ſolum potentia, ſed etiam actione, vt dixi alioqui ridiculus foret DEVS. Deinde ipſum omnia noſſe & præſcire neque errare neque falli poſſe. Iſtis duobus omnium corde & ſenſu conceſſis coguntur mox ineuitabili conſequentia admittere, nos non

fieri

fieri noſtra voluntate,ſed neceſſitate: ita nos non facere quodlibet pro iure liberi arbitrii,ſed prout DEVS præſciuit & agit conſilio & virtute infallibili & immutabili. Quare ſimul in omnium cordibus ſcriptum inuenitur lib.arbit.nihil eſſe,licet obſcuretur tot diſputationibus contrariis & tanta tot virorum authoritate tot ſeculis aliter docentibus:ſicut & omnis alia lex (teſte Paulo) in cordibus noſtris ſcripta tum agnoſcitur vbi recte tractatur: tum obſcuratur, vbi impiis magiſtris vexatur & aliis opinionibus occupatur.

Fol. 241.

Nos non oportet ita frigere,ſuper ariſtas incedere, aut ventis velut arundo moueri, ſed certo, conſtanter & ardenter aſſerere, tum ſolide & dextre ac copioſe demonſtrare quod docemus.

Arundinarii Doctores.

Fol. 243.

Nulla eſt Rhetorica tanta quæ ludat veram conſcientiam,fortiores aculeos conſcientiæ omnibus viribus & figuris eloquentiæ: nos hic non patiemur Rhethorem tranſire & diſſimulare. Tu vero Eraſme cum ſentias periculum,imo certam victoriam, Simulas te nihil ſentire niſi argutias. Hoccine eſt fidelem Theologum agere? Te ne cauſa ſerio adficiat qui ſic in diſputatione perturbata & exaſperata nihilominus tamen velis honeſte ſatisfeciſſe & palmã retuliſſe videri?Iſtã fafritia & verſutia in cauſis prophanis tolerati valeat, in re theologica,vbi ſimplex & aperta veritas quæritur, pro ſalute animarum odio digniſſima & intolerabilis eſt.

Talis eſt conatus D.D. Hoe fol. 35. contra tractatum Lutheri de ſeruo arbitrio. Scripta D. D. Hoepalma & triũphi fictitii & ridiculi. Simplex veritas DEI D. D. Hoe intolerabilis.

Fol. 246.

Nunc videamus de Iacob & Eſau, de quibus nec dum natis dictum eſt maior ſeruiet minori. Hunc locum ſic eludit Diatribe,quod non pertinet ad ſalutem hominis, poteſt enim DEVS velle vt homo ſeruus ſit & pauper,velit,nolit,nec tamen reiiciatur ab æterna ſalute. Vide quæſo quo diuerticula & effugia quærat lubricus animus & qui veritatem fugit nec tamen effugit. Ridiculum ne aut ineptum faciemus in diſputatione tam ſeria.Hieronymus etiam non in vno loco audet ſuperciliose ſatis & ſimul ore ſacrilego dicere, ea pugnare apud Paulum, quæ locis ſuis non pugnant, hoc eſt tantum dicere, Paulus cum fundamenta dogmatis Chriſtiani iacit, nihil facit, niſi quod deprauat ſcripturas diuinas, & ludit animas fidelium ſententia ſuo cerebro efficta & ſcripturis violenter intruſa.

De Iacobo & Eſau.

Hieronymi impia & ſacr lega interpretatio.

K Sic

En D. D. Hoe imperitiores diſcipuli vel auditores.

Impia & ſacrilega interpretatio.

Sic ne honorari debet ſpiritus in ſancto illo & electo organo DEI, Paulo. Atque vbi Hieronymus cum iudicio legi debeat, & hoc dictum inter eius numerari, quę multa vir ille (ea fuit oſcitantia & hebetudo eius in ſcripturis intelligendis) impie ſcribit. Diatribe ipſum ſine iudicio corripit, nec gloſſa ſaltē aliqua digna dignatur mitigare, ſed velut certiſſimo oraculo ſcripturas diuinas & iudicat & tēperat. Sic impia hominum dicta pro regulis & menſuris diuinæ ſcripturæ accipimus. Et adhuc miramur illam fieri ambiguam & obſcuram, patreſque in illa cæcutire, cum hac ratione impia & ſacrilega fiat.

Fol. 248. & 249.

Interpretatio dicti de Eſau. Maior ſeruiet minori. Difficile eſt cum tortoribus & deluſoribus S. Scripturæ cõferre, qui millies conuicti erroris tamen crãbem millies coctam recoquunt, vti D. Hoe in ſuis triumphis fictis.

Vt enim maxime hic locus Geneſ. 25. de ſeruitute temporali ſola intelligeretur (quod non eſt verum) tamen à Paulo recte & efficaciter adducitur, dum probat non per merita Iacob aut Eſau, ſed per vocantem, dictum eſt, maior ſeruiet minori. Paulus enim hic diſputat de ſola vocantis gratia, quo peruenit Iacob & quo non peruenit Eſau. Probat autem id inuictis verbis ſcripturæ: ſcilicet quod nondum nati, item nihil boni aut mali operati fuerint: ſed moleſtiſſimum eſt cum prauis iſtis ſtudiis torquendæ & eludendæ Sacræ Scripturæ conflictari. Deinde quod non de ſeruitute illorum ſola agat Moſes & etiam in hoc rectè faciat Sanctus Paulus quod de ſalute interna intelligat, conuincitur ex ipſo textu: ſic enim habet oraculum in Moſe. Duo populi ex vtero tuo diuidentur, populuſque populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Hic manifeſte duo populi diſcernuntur: alter in gratiam DEI recipitur licet minor vt vincat maiorem, non quidem viribus, ſed fauente DEO. Alioqui quomodo vincat minor maiorem, niſi DEVS ſit cum eo. Cum igitur minor ſit futurus populus DEI, non ſola ibi dominatio externa tractatur aut ſeruitus, ſed omnia quæ pertinent ad populum DEI, id eſt benedictio, verbum, ſpiritus, promiſſio Chriſti & regnum æternum, id quod etiam latius poſtea ſcriptura confirmat, vbi Iacob benedici & promiſſiones & regnum accipere deſcribit. Quæ omnia Paulus breuiter indicat dum dicit, maiorem ſeruiturum eſſe minori, nos ad Moſen remittens latius hæc tractantem, vt poſſis contra Hieronymi & Diatribes ſacrilegam ſententiam dicere, fortius ea pugnare locis ſuis, quam apud Paulum quæcunque adducit: id quod non ſolum de Paulo verum eſt, ſed de omnibus Apoſtolis, qui ſcripturas adducunt tanquam teſtes & aſſiſtrices ſui ſermonis.

Fol. 250.

Ad Malachiæ dictũ.

Illud vero Malachiæ quod Paulus attexit; Iacob dilexi, Eſau autem odio habui,

habui. triplici induſtria torquet. Prima eſt, ſi litteram vrgeas (inquit) DEVS non amat quemadmodum nos amamus, nec odit quenquam, cum in DEVM non cadant affectus huiuſmodi. Quid audio? An nũc quęritur quomodo DEVS amet & odiat ac non potius cur amet & odiat? Quo merito noſtro amet aut odiat, quæritur. Pulchre ſcimus quod DEVS non amat aut odit quemadmodum nos, ſiquidem nos mutabiliter & amamus & odimus, ille æterna & immutabili natura amat & odit. Sic non cadunt in illum accidentia & affectus. Atque quodlibet arbitrium cogit nihil eſſe, quod æternus & immutabilis ſit amor, æternum odium DEI erga homines antequam mundus fieret, non ſolum ante meritum & opus lib. arbit. omniaque neceſſario in nobis fieri ſecundum quod ille vel amat vel non amat ab æterno. Vt non ſolum amor DEI, ſed etiam modus amandi neceſſitatem nobis inferat, vt videas quam proſint Diatribe ſua effugia, vt vbique magis impingat, quo magis euadere nititur, adeo non ſuccedit veritati reluctari.

Iacob dilexi Eſau odio habui.

DEVS non amat nec odit mutabiliter.

Fol. 252.

Altera induſtria eſt Eraſme, quod dicis, Malachias non videtur loqui de odio quo damnamur in ęternum, ſed de temporaria adflictione: ręprehenduntur enim qui extruere volebant Edomeam. Hoc iterum dicitur ad contumeliam Pauli, quaſi vim fecerit ſcripturis. Adeo nihil veremur maieſtatem Spiritus Sancti, modo noſtra ſtatuamus.

Contumelioſi contra ſpiritũ ſanctum. Audi D. D. Hoe.

Fol. 257. *&* 258.

Dignum eſt audire Diatriben argutantem, duo enm abſurda opponit, alterum ex ſcripturis, alterum ex ratione colligit. Ex ſcripturis ſic colligit: Paulus cum 2. ad Timoth. 2. dixiſſet in magna domo eſſe vaſa aurea, &c. quædam in honorem. quædam in contumeliam, mox ſubiungit: Si quis ergo ſe emundauerit ab iſtis, erit vas in honorem: Sed ſine controuerſia verum eſt ſimilitudinem non ſemper & per omnia quadrare, alioqui non ſimilitudo, ſed ipſa res eſſet, iuxta prouerbium, ſimilitudo claudicat, nec ſemper currit quatuor pedibus.

Ad dictum Pauli 2. Tim. 2.

Fol. 259.

In hoc tamem errat & peccat Diatribe, quod neglecta cauſa ſimilitudinis, quæ maxime ſpectanda eſt vocabula contentioſe captat. Ex cauſis enim dicendi intelligentia petenda eſt, ait Hilarius, non ex vocabulis

Hoc idem facit D.D. Hoe.

 ſolis.

ſolis. Ita ſimilitudinis efficacia pendet ex cauſa ſimilitudinis. Cur ergo Diatribe omittit id, gratia cuius Paulus ſimilitudine iſta vtitur, & captat id quod extra cauſam ſimilitudinis dicit? Nempe hoc ad exhortationem pertinet quod dicit, ſi quis ſeſe emundauerit ab iſtis, illud vero ad doctrinam, quod dicit in magna domo ſunt vaſa, &c. vt ex omnibus circumſtantiis verborum & ſententiæ Pauli intelligas eum ſtatuere de diuerſitate & vſu vaſorum, vt ſit ſenſus: cum tam multi à fide diſcedant, nullum eſt ſolatium nobis, niſi quod certi ſumus fundamentum DEI firmum ſtare, habens ſignaculum hoc. Nouit Dominus qui ſunt eius, & diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini. Hactenus cauſa & efficacia ſimilitudinis, ſcilicet quod Dominus norit ſuos. Tum ſequitur ſimilitudo, ſcilicet eſſe vaſa diuerſa, alia in honorem, alia in contumeliam. His abſoluitur doctrina, quod vaſa non ſe ipſa parent, ſed Herus.

Fundamentum firmũ.

Fol. 260.

Hoc eſt illud, quod ratio neque capere neque ferre poteſt. Hoc offendit tot viros excellentes ingenio tot ſeculis receptos. Hic expoſtulant, vt DEVS agat iure humano & faciat quod ipſis rectum videtur, aut DEVS eſſe deſinat. Nihil illi profuerint ſecreta maieſtatis, rationem reddat quare ſit DEVS, aut quare velit aut faciat, quod nullam ſpeciem iuſtitiæ habeat, ac ſi ſutorem aut zonarium roges iudicio ſiſtere. Non dignatur DEVM caro gloria tanta, vt credat iuſtum eſſe & bonum, dum ſupra & vltra dicit & facit quam definiuit Codex Iuſtiniani vel quintus liber Ethicorum Ariſtotelis. Cedat Maieſtas creatrix omnium, feci vni creaturæ ſuæ & corricius ille ſpecus metuat verſa vice ſpectatores ſuos.

De iuſtitia DEI nõ diſputandũ in lege iuſtitia humana ait Auguſt. de prædeſtinat. & grat. c. 1. Caro, Codex Iuſtiniani, & Ariſtoteles de iuſtitia DEI iudicare nõ poſſunt.

Fol. 262.

Si rationem ſequi vellemus, æque iniquum eſſet indignos à DEO coronari atque indignos puniri.

Ratio.

Fol. 264.

Cum igitur ratio DEVM laudat indignos ſaluantem, arguat vero immeritos damnantẽ, conuincitur non laudare DEVM, vt DEVM, ſed vt ſuo cõmodo ſeruientẽ, hoc eſt ſe ipſum & quæ ſua ſunt in DEO quærit & laudat, non DEVM aut quæ DEI ſunt. At ſi placet tibi DEVS indignos coronans, non debet etiam diſplicere immeritos damnans.

Ratio laudat quæ ſua ſunt & non quæ DEI.

Fol.

Fol. 269.

Exhortationes Pauli, ſi quis ſeſe emundauerit & ſimiles ſint formæ ſecundum quas nos formari debemus, non autem teſtes noſtri operis, aut ſtudii. Hæc de locis illis de induratione Pharaonis & de Eſau & de figulo ſatis dicta ſunto.

Fol. 270.

Quid Hieronymus hic nugetur nihil moramur, certum eſt quod nihil probat. Neque enim de ſenſu Hieronymi, ſed de ſenſu ſcripturæ diſputamus.

Fol. 271.

Nam Hieronymus & ſuus Origenes iſtis nugis repleuerunt orbem & authores fuerunt peſtilentis huius exempli ne ſimplicitati ſcripturarum ſtuderetur.

Hieronymi & Origenis peſtilens doctrina. Idem & D. D. Hoe agit.

Fol. 299.

Iob. 33. inquit: DEVS regnare facit hypocritam propter peccata populi. Vbi non de coactione, ſed de neceſſitate immutabili intelligendum eſt.

Ach videãt moderni Polemici nè & inter nos ſint hypocritæ.

Fol. 318.

Hoc autem deprecor, MI Eraſme, ne credis me cauſam hanc ſtudio magis quam iudicio agere: non patiar me inſimulari eius hypocriſis: vt aliter ſentiam & aliter ſcribam: nec hoc vſpiam mihi in libellis meis oſtendas, ſcio. Exſtant enim themata & problemata: in quibus perpetuò aſſerui hæc quæ ſcribo: veritate enim victus & diſputatione prouocatus ac compulſus ſic ſenſi & ſcripſi. Quod autem vehementius egerim agnoſco culpam, ſi culpa eſt, imo teſtimonium hoc mihi in mundo reddi in cauſa DEI mirificè gaudeo. Atque vtinam & ipſe DEVS id teſtimonium in nouiſſimo die confirmaret. Quis enim tum beatior Luthero, qui tanto ſui ſeculi teſtimonio commendatur, quod veritatis cauſam non ſegniter nec fraudulenter, ſed vehementer ſatis vel potius nimio egerit? Tum illud Hieremiæ feliciter euaſerim, maledictus qui facit opus Domini negligenter. Si verò & in tuam Diatriben acerbior videbor, ignoſces mihi. Neque enim id maligno animo facio, ſed mouit, quod authoritate tua cauſam hanc Chriſti vehementer premebas, licet eruditione & re ipſa nihil præſtares. Iam quis ſic imperet ſtylo vtique vt non alicubi ferueat? Tu qui præ modeſtiæ ſtudio pene friges, in hoc libro, tamen non raro ignita; & amaru-

Hæc D. D. Hoe cogitet quoque ad ſe ſcribi.

D. D. Hoe licet ſit à primariis concionibus plus tamen habet authoritatis quam eruditio, & cogitationis veritatis.

 lenta

lenta tela jacularis, vt niſi lector multum æquus & fauens ſit virulentus videaris. Sed hæc nihil ad cauſam, quæ inuicem libenter condonare debemus, vt ſumus homines & humani alienum in nobis nihil eſt.

Fol. 381.

Inſigne Lutheri dictũ contra modernos Pelagianes & plenum ſummæ conſolationis.

Ego ſane de me confiteor, ſi qua fieri poſſet nolle mihi dari liberum arbitrium aut quippiam in manu mea relinqui, quo ad ſalutem conari poſſem: non ſolum ideo, quod in tot aduerſitatibus & periculis, deinde tot impugnantibus dæmonibus ſubſiſtere & retinere illud non valerem, cum vnus dæmon potentior ſit omnibus hominibus, neque vnus hominum ſaluaretur, ſed quod etiam ſi nulla pericula, nullę aduerſitates, nulli dæmones eſſent, cogerer tamen in incertum perpetuò laborare, & aërem pugnis verberare. Neque enim conſcientia mea, ſi in æternum viuerem & operarer, vnquam certa & ſecura fieret, quantum facere deberet, quo ſatis DEO fieret. Quocunque enim opere peracto reliquus eſſet ſcrupulus, an id DEO placeret, vel an aliquid vltra requireret, ſicut probat experientia omnium iuſtitiariorum, & ego meo magno malo tot annis ſatis didici. At nunc cum DEVS ſalutem meam extra meum arbitrium tollens, in ſuum receperit, & non meo opere & curſu, ſed ſua gratia & miſericordia, promiſerit me ſeruare, ſecurus & certus ſum, quod ille fidelis ſit, & mihi non mentietur, cum potens & magnus, vt nulli dæmones, nullæ aduerſitates, eum frangere, aut me illi rapere poſſint.

Vtilitas & ſecuritas eorum quos DEVS in ſuum arbitrium recipit.

Ioannis 10.

Nemo (inquit) rapiet eas de manu mea, quia Pater qui dedit, maior omnibus eſt. Ita fit, vt ſi non omnes, tamen aliqui & multi ſaluentur, cum per vim liberi arb. nullus prorſus ſeruaretur, ſed in vnum omnes perderemur. Tum etiam certi ſumus, & ſecuri, nos DEO placere, non merito operis noſtri, ſed fauore miſericordiæ ſuæ nobis promiſſæ, atque ſi minus, aut male egerimus, quod nobis non imputet, ſed paterne ignoſcat, & emendet. Hæc eſt gloriatio omnium ſanctorum in DEO ſuo.

Conſtantia DEI in electis amandis & ſaluandis.

Gloriatio in DEO ſolo.

Fol. 383.

Solutio obiectionum quod DEVS videbitur crudelis & iniquus.

Si autem id mouet, quod difficile ſit clementiam & æquitatem DEI tueri, vt qui damnet immeritos, hoc eſt, impios eiuſmodi, qui in impietate nati non poſſunt vlla ratione ſibi conſulere, quin impij ſint, maneant & damnentur, coganturque neceſſitate naturæ peccare & perire, ſicut Paulus dicit: eramus omnes filij iræ quemadmodum & cæteri: cum tales creentur ab ipſomet DEO ex ſemine vitiato per vnius Adæ peccatum.

Hic

Hic honorandus & reuerẽdus eſt Devs, clementiſſimus in iis, quos juſtificat & ſaluat indigniſſimos, donandumque eſt ſaltem nonnihil diuinę eius ſapientiæ, vt iuſtus eſſe credatur, vbi iniquus nobis eſſe videtur.

Iuſtitia Dei ab humana differt.

Si enim talis eſſet eius iuſtitia, quæ humano captu poſſit iudicari eſſe juſta, plane non eſſet diuina, & nihilo differret ab humana juſtitia. At cum ſit Devs verus & vnus, deinde totus incomprehenſibilis, & inacceſſibilis humana ratione, par eſt, imo neceſſarium eſt, vt & juſtitia ſua ſit incomprehenſibilis, ſicut Paulus quoque exclamat dicens: O altitudo diuitiarum, ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Incomprehenſibilia vero non eſſent, ſi nos per omnia ſapere valeremus, quare ſint juſta. Quid eſt homo comparatus Deo? Quantum eſt, quod potentia noſtra poteſt illius potentiæ comparata? Quid eſt noſtra fortitudo, illius viribus collata? Quid noſtra ſcientia illius ſapientiæ cõparata? Quid noſtra ſubſtantia, ad illius ſubſtantiam? Summa, quid omnia noſtra ſunt ad illius omnia? Si igitur fatemur etiam natura magiſtra humanam potentiam, fortitudinem, ſapientiam, ſcientiam, ſubſtantiam conferantur: quæ eſt noſtra illa peruerſitas, vt ſolam juſtitiam, & judicium Dei vexemus, & judicio noſtro tantum arrogemus, vt diuinum judicium comprehendere, iudicare & æſtimare velimus? Quare non ſimiliter & hic dicemus, Iudicium noſtrum nihil eſt, ſi diuino judicio comparetur? Conſule ipſam rationem, ſi non conuicta cogetur, ſeſe ſtultam & temerariam confiteri, quod judicium Dei non ſinit eſſe incomprehenſibile: cum cætera diuina omnia fateatur eſſe incomprehenſibilia: ſcilicet in omnibus aliis Deo concedimus maieſtatem diuinam, in ſolo judicio negare parati ſumus, nec tantiſper poſſumus credere eum eſſe juſtum, cum nobis promiſerit, fore vbi gloriam ſuam reuelarit, vt omnes tum videamus & palpemus, eum fuiſſe & eſſe juſtum. Dabo exemplum ad confirmandam hanc fidem, & ad conſolandum oculum illum nequam, qui Devm ſuſpectum habet de iniquitate. Ecce ſic Devs adminiſtrat mundum iſtum corporalem in rebus externis, vt ſi rationis humanæ judicium ſpectes & ſequaris, cogaris dicere, aut nullum eſſe Devm, vt ille ait, Sollicitor nullos ſæpe putare Deos. Vide enim vt proſperrime habeant mali, contra infeliciſſime boni teſtantibus prouerbiis, & experientia prouerbiorum parente: quo ſceleratiores, hoc fortunatiores eſſe. Abundant (inquit Iob) tabernacula impiorum, & pſalmo ſeptuageſimo ſecundo, queritur peccatores in mundo abundare diuitiis. Obſecro an non omnium iudicio iniquiſſimum eſt malos fortunari & bonos adfligi?

Comparatio DEI & hominis.

Iudicia Dei non iudicanda ab humanis.

Oculus nequam.

Quo ſceleratiores eo fortunatiores.

At ita fert curſus mundi. Hic etiam ſumma ingenia eo lapſa ſunt, vt Devm eſſe negent, & fortunam omnia temere verſare fingant, quales

Epi-

Epicurus, Plinius, Ariſtoteles. Epicurei & Plinius. Deinde Ariſtoteles ſuum illud primum Ens, vt liberet à miſeriia, ſentit ipſum nihil rerum videre niſi ſe ſolum, quod ei moleſtiſſimum eſſe putat, tot mala, tot iniurias videre. Prophetæ vero, qui DEVM eſſe crediderunt magis tentantur de iniquitate DEI, vt Hieremias, *Demoſthenes & Cicero.* Hiob, Dauid, Aſaph & alij. Quid putas Demoſthenes & Cicero cogitarît, cum omnia quæ poterât, effeciſſent & talẽ mercedẽ miſero interitu receperunt? Et tamen hæc iniquitas DEI vehementer probabilis & argumentis talibus traducta, quibus nulla ratio aut lumen naturæ poteſt reſiſtere, tollitur facilime per lucem Euangelij & cognitionem gratiæ, qua docemur impios corporaliter quidem florere, ſed anima perdi. Eſtque totius iſtius quæſtionis inſolubilis iſta breuis ſolutio in vno verbulo.

Vita præſens quid. Scilicet eſſe vitam, poſt hanc vitam, in qua quicquam hic non eſt punitum & remuneratum, illic punietur & remunerabitur, cum hæc vita ſit nihil niſi præcurſus aut initium potius futuræ vitæ. Si igitur lux Euangelij quæ ſolo verbo & fide valet, tantum efficit, vt iſta quæſtio omnibus ſeculis tractata, & nunquam ſoluta, tam facile dirimatur, & componatur, quid putas futurum, vbi ceſſante lumine verbi & fidei, res ipſa & maieſtas diuina, per ſeſe reuelabitur? An non putas, quod tum lumen gloriæ quæſtionem quam facile ſoluere poſſit? quæ in lumine verbi aut gratiæ eſt ſolubilis: cum lumen gratiæ tam facile ſoluerit quæſtionem in lumine naturæ *Triplex lumen in homine, naturæ, verbi ſeu gratiæ & gloriæ.* inſolubilem? Tria mihi lumina pone, lumen naturæ, lumen gratiæ, lumen gloriæ, vt habet vulgata & bona diſtinctio. In lumine naturæ eſt inſolubile hoc eſſe iuſtum, quod bonus adfligatur; & malus bene habeat. At hoc diſſoluit lumen gratiæ.

Contra prædeſtinationis oblocutores. In lumine gratiæ eſt inſolubile quomodo DEVS damnet eum, qui non poteſt vllis ſuis viribus aliud facere quam peccare & reus eſſe. Hic tam lumen naturæ quam lumen gratiæ dictant culpam eſſe non miſeri hominis, ſed iniqui DEI: nec enim aliud iudicare poſſunt de DEO, qui hominem, impium gratis ſine meritis coronat & alium non coronat, ſed damnat, forte minus vel ſaltem non magis impium. At lumen gloriæ aliud dictat & DEVM, cuius modo eſt iudicium incomprehenſibilis iuſtitiæ, tunc oſtendet eſſe iuſtiſſimæ & manifeſtiſſimæ iuſtitiæ tantum, vt interim id credamus, moniti & confirmati exemplo luminis gratiæ, quod ſimile miraculum in naturali lumine implet.

Fol. 390.

Votum Lutheri ad Eraſmum. Vtinam & Oro autem vt propediem Dominus tantum te in hac re ſuperiorem me faciat, quantum in aliis omnibus me ſuperior es. Non eſt enim nouum ſi DEVS Moſen per Zethro erudiat & Paulum per Ananiam doceat. Nam

quod

quod tu dicis, procul eſſe aberratum à ſcopo, ſi tu Chriſtum ignores, arbitror te ipſum videre quale ſit. Neque enim ideo omnes errabunt, ſi tu aut ego erramus. DEVS eſt qui mirabilis in ſuis ſanctis prædicatur, vt Sanctos putemus, qui longiſſime ſint à ſanctitate. Neque difficile eſt, vt homo cum fis ſcripturas aut Patrum dicta, quib. ducibus te credis ſcopum tenere; neque diligenter ſatis obſerues, quod ſatis monet illud, quod nihil aſſerere, ſed contuliſſe te ſcribis. Sic non ſcribit, qui rem penitus perſpicit & recte intelligit. Ego vero hoc libro NON CONTVLI, SED ASSERVI ET ASSERO, ac penes nullum volo eſſe iudicium, ſed omnibus ſuadeo, vt præſtent obſequium. Dominus vero, cuius eſt hæc cauſa, illuminet te & faciat vaſculum in honorem & gloriam AMEN.

D.D. Hoe id ad ſe audiat & moneri B. Luthero obtemperet.

Lutheri conſtans de praedeſt. doctrina, male ergo D.D. Hoe etiam in hac doctrina adſcribit inconſtantiam.

Hactenus Lutherus. Hic candidus lector facile animaduertere poteſt: quo conſilio D.D. Hoe verba Lutheri, quæ ipſi duriſſima viſa ſunt, pro meis allegare imperitioribus, qui meum circulum forſan lecturi nō eſſent, auſus ſit: (cum tamen ego omnium mitiſſima adhuc ex illo Lutheri tractatu contra Eraſmum in meo circulo contra Apoſtatas Conſtantinopoli excerpſerim) nimirum vt me in odium omnibus induceret: ac ſi ego doctrinam de permiſſione diuina ſacrilegam, blaſphemam, diabolicam vocem: id quod nūquam à me in vita factum, dictum aut ſcriptum, nec DEO volente fiet: vtpote qui dona DEI in hominibus diſcernere noui, memor illius ſtructuræ, ſuper vno fundamento à Diuo Paulo ad Corinth. propoſitæ.

Author circuli citando verba Lutheri contra Eraſmū moderationi ſtuduit.

Sed quia ita Lutherus pro eo heroico zelo, quo eo tempore præ aliis Chriſti præconibus præditus erat, durius aliquid ſcribere D. Doctori viſus eſt, cur ea mihi adſcribere non veretur? vnde hæ iniuriæ omnes? non in meam perſonam, aut doctrinam, ſed in Lutherum, & eius doctrinam vere ſub pallio defendendæ Lutheri doctrinæ effunduntur. Neque quiſquam Chriſtianorum hanc impiam condemnandi alios temeritatem ſibi ſumpſit, vt dixerit ſicuti tu neque homines neque Angelos tibi perſuaſuros: ſaluos factos illos eſſe, qui noſtram in Chriſto electionem docent. Horrēda ſunt hęc D. Doctor, quib. nō illos, ſed te ipſum è cœlo excludis, te n. nolente, volente ipſi in cœlis ſunt, & ſequaces eorum erunt. Neque me etiam inde vti conaris DEO meo mihi aſſiſtente inde excludes, dum dicis me qui Lutheri verba citaui impiam, blaſphemam, & diabolicam doctrinam defendere, id quod falſiſſimum eſſe, iam abunde demonſtratum eſt. Tibi, Tibi videndum, ne cum Gigantibus vano, ſtultoque conatu bellum Cœlo, Deoque inferendo, ab aditu Cœli iuſtiſſimis DEI iudiciis (niſi te tantarum erga DEVM, & eius immotam veritatem blaſphemiarum maturè pœnituerit) excludaris. Vtar itaque & ego tuis verbis, an mihi hæc iniuria illata deuoranda aut diſſimulanda, an non potius & mea bona exiſti-

matio & fama,& Lutheri veritas defendenda erat & eſt. Nam quid quæſo grauius quidue durius contra doctrinam Lutheri dici poſſet, quam quod iam dictum eſt? Et deplorandum eſt, ſub ſpecioſiſſimo iſto pallio D. Lutheri, te ipſo teſte doctrinam illius veram à te ita flagellari. Vnde te Pſeudo-Lutheranum, me autem verum Lutheranum, ſi modò fas eſt, ab hominib. fideles nominari, in hac doctrina de noſtra in Chriſto electione, eſſe, neceſſario ſequitur. Adhuc ne ergo imperitioribus obtrudere non erubeſces hæc, quæ ex Luthero allegaui, phraſes tantum quaſdam, & non continuum ſenſum eſſe? In quo ſane & contra ſcientiam, & contra conſcientiam loqui videris, id quod vel initialiter in ſacra ſcriptura verſatis clarum eſſe poteſt. Ac cum infra fol. 40. falſitatem mihi adſcribas inquiens, mutilatio teſtimoniorum falſiſſime nobis pag. 192. obiicitur: etſi ego neque te, neque quenquam tuorum ſuper hoc accuſaui, ſed tantum ſuper Polemicis quorundam ſcriptis in genere ingemui: tamen quia hæc omnia ad te detorques, ideo ne excurram ad alios ſatis eſt, quod euidentiſſime demonſtraui te maius crimen commiſiſſe, quam ſi mutilata ſcripta allegares, dum Lutheri verba pro meis falſo allegare non es veritus. Non ne hic mihi daretur magna occaſio in te grauiter inuehendi, & quidem in tam euidentiſſimis iniuriis? Sed quia iam omnibus notum eſt, me vera, te autem à veritate aliena locutum, nolo iniuriis certare, certando cum homine ad litigandum pene nato: & qui dedoluit abſque omni pudore toties conuictus eſſe & tamen non reſpondere ad conuicta, ſed Crambem ſuam millies recoctam imperitioribus proponere. Non ſatis tibi erat me circulatorem, ſacræ ſcripturæ adulatorem atrocem, & blaſphemum erga Devm, atque hæreſes diabolicas iamdudum damnatas defendentem, ſed & falſarium nominare: cum tamen ſcias, qua pœna de iure ciuili falſarij puniantur.

D. D. Hoe arguens ſed non probans nec vnquã probaturus Authorem falſi, ipſe manifeſtiſſimum falſum committit.

D. D. Hoe natus ad contentiones & non pudet eum vinci.

D. D. Hoe Crambe.

Iniuria à D. Hoe Authori Circuli illata.

Hoc ne eſt præmiſſis & promiſſis tuæ epiſtolæ ſtare, te operam daturum & frenum calamo tuo iniecturum, ne in perſonam meam vti ais venerandi ſenis impingas, ne me verbo offendas. Egregie ſane ſeni pene ſeptuagenario, & qui Dei gratia apud bonos viros alicuius æſtimationis eſt pepercisti. Quare licet ego iuſtius poſſem frena ſtyli mei contra te laxare: tamen parco mihi, & tibi ne tui ſimilis videar. Sufficit te Deo iuſto iudice & vindice, in foueam cecidiſſe quam mihi parabas & per ipſum B. Lutherum, tum falſæ allegationis verborum eius, pro meis, tum etiam prauæ tuæ doctrinæ conuictum eſſe. Vnde etiam ad me, & B. Lutherum purgandum coactus ſum, ex illo libello de ſeruo arbitrio latius doctrinam Lutheri de electis, & reprobis, quam tu blaſphemam, & diabolicam eſſe ais, demonſtrare & in proſcenium publicum proferre, ſiquidem tu ais, te proferendo Emblemata quædam mea, in proſcenium publicum, nullam mihi

D. D. Hoe promiſſis non ſtetit.

D. D. Hoe in foueam quam alii parabat cecidit.

hi iniuriam facturum. Ita ſane eſt. Licet enim iniuriam mihi feciſti, aliena à veritate de me loquendo: tamen mea innocentia & veritas, & tua falſitas vtraque te ipſo authore, & hanc comœdiam agente, in publicum proſcenium producta ſunt: adeo vt hic merito pueri in hac ſcena acclamare poſſent, ſpectatum veniſtis riſum teneatis amici. Et hæc ſatis dicta ſunto, me vera ſcripſiſſe, te autem falſo aliena verba pro meis allegaſſe. Denique in illo tractatu Lutheri contra Eraſmum non eſſe phraſes aliquas dubias quæ in ambiguum cenſum trahi poſſent, ſed continuum ſenſum. Iam, ergo & alterum nobis monſtrandum erit, an hanc doctrinam, quam tu impiam, blaſphemam & diabolicam vocas, Beatus Lutherus in ſubſequentibus ſuis ſcriptis reuocauerit aut emendauerit, id quod tu annuere videris cum ais, ſed non demonſtras phraſium harum commodiorem interpretationem ex ſubſequentibus ſcriptis Lutheri peti poſſe. Puto autem te id ipſum non minus demonſtraturum, quam illud quod ſupra ſcribis, licet à Sancto Paulo 1. ad Timoth. 5. verſ. 21. Electi Angeli nominentur. Tamen alium ſenſum hæc habere: quem etiam ne verbulo quidem attingere auſus es. Eſſet enim hoc contra expreſſum verbum Dei loqui. Ac cum probare nequeas, ais fol. 12. Dogma vero iſtud valde Papiſmum redolet. Pontificij enim ſtatuerunt prædeſtinationem conuenire Angelis ſicut hominibus. Rectius itaque Caluiniani Doctores facerent, ſi & iſtam opinionem authoribus ſuis Papiſtis relinquerent. Perperam enim in doctrinæ Chriſtianæ articulis vel tantillum ſine Spiritus Sancti ſuffragio aſſeritur. Hactenus tu. Atque vtinam hanc regulam & tu ſeruares non negando id, quod de electis angelis & hominibus ſacra ſcriptura expreſſe docet. An ideo me & Orthodoxos Euangelicos pontificiæ doctrinæ aut pontificios Lutheri & Caluini doctrinæ adhærere dixeris, aut me & Lutherum Caluiniſtam nominabis. Quin potius dicendum eſſet Caluiniſtas & Pontificios in hac doctrina ſequi Lutherum, te vero cum tuis complicibus Pelagianos, Arrianos, Socinianos & Remonſtrantes, quorum Remonſtrantium ſcripta mihi commendas. Ex quibus metuo ne diuerſa opinionum monſtra prodeant, niſi Magiſtratus authoritate maturè compeſcatur. Hoc enim totis viribus agere videntur, vt exoſis factis Lutheri & aliorum orthodoxorum ſcriptis, nouam aliquam doctrinam forſan Duce Vorſtio & te promulgare tentent, adeo vt cuius tu ſis nunc religionis, ego pene neſciam. Quod autem ad Pontificios attinet, malè aſſecutus es ipſorum doctrinam, de prædeſtinatione, nam illi pertinaciter defendunt æternam electorum prædeſtinationem, ac gloriam ex præuiſa fide & præuiſis hominum meritis & operib. & perſeuerantia, &c. ſolummodo pendere, & proinde pernegant ſolam Dei εὐδοκίαν beneplacitum & liberum decretum eſſe prędeſtinationis cauſam efficientem ſeu impulſiuam. Ideo negant

D.D. Hoe probationes ſunt negare ſaltem & nō probare.

D.D. Hoe ſicut verbi DEI ſic & controuerſiarum noſtri ſeculi ignarus eſt.

D.D. Hoe bonam regulam præſcribit, ſed quã nullibi ſeruat.

Remonſtrãtes in Belgio à D. Hoe laudantur.

D.D. Hoe. cuius ſit religionis vix ſcitur.

prædeſtinat. certitudinem (ſaltem quoad nos) & πληροφορίαν illam πίστεως, & συνέσεως quoad perſuaſionem noſtram contendunt, neminem ſine ſpeciali reuelatione poſſe ſcire prædeſtinationem ſuam. Hinc volunt nos de gratia ſalutis noſtræ dubitare, vti id concilio Tridentino concluſum eſt. Docet etiam electos poſſe in totum & perpetuum à gratia DEI excidere. Quæ pontificiorum doctrina magis cum tua & Remonſtrantium, quam cum doctrina verbi DEI & Lutheri conſentit.

Sed ad propoſitum reuertamur, an ſcilicet B. Lutherus (vti tu vis,) in poſterioribus ſcriptis ſuis vel aliter de electis & reprobis ſcripſerit, aut hanc doctrinam penitus reuocauerit. Quare ad id reſponſum dabit pro me Iacobus Kimedoncius, qui ita in præfatione, in tractatum de ſeruo arbitrio Neuſtadij ſeorſim editum præfatur. Difficilima eſt paucisque intelligibilis quæſtio, de gratia & libero arbitrio teſte Auguſtino, id quod de natura hominis corrupti & prædeſtinatione DEI æterna, ſimiliter verum eſt: ſiquidem dogmata hæc ſimiliter inter ſe connexa, colligataque ſunt. Nam eo quod natura per peccatum originis corrupta eſt, fit vt medico indigeat, quia ſana non eſt: nec qualis, quantaque ſit gratiæ medicina intelligere valemus, niſi quæ & qualis naturæ, ad imaginem DEI, conditæ facta ſit vaſtatio per peccatum, prius cognoſcamus. Prædeſtinatio autem quid aliud eſt, quam gratiæ præparatio qua certiſſime liberantur, quicunque liberantur? Quibus enim gratiam ſuam DEVS in tempore largitur, ab æterno largiturum ſe eſſe præſciuit, & in ſua quæ falli, mutarique non poteſt, præſcientia largiri diſpoſuit, hoc eſt prædeſtinauit. Inter gratiam quippe & prædeſtinationem ſanctorum hoc tantum intereſt, vt Auguſtinus de prædeſtinatione ſanctorum, capite decimo, docet, quod prædeſtinatio gratiæ eſt præparatio, gratia vero iam ipſa donatio, & effectus prædeſtinationis. De his doctrinæ Chriſtianæ capitibus benigne Lector, cum *Seruum arbitrium*, venerandi Viri Domini Lutheri, piæ mæmoriæ non minus ſolide, quam ardenter & luculenter agat, auidiſſime olim & magno ſucceſſu arreptum fuit, cum patrum noſtrorum memoria primum in lucem mitteretur. Cuius rei teſtes ſunt celeberrimæ editiones eius temporis, quæ ex officinis librariis Vvittebergenſibus, Auguſtana, Noribergenſi & aliis certatim prodierunt. Atque vtinam noſtra ætate iam dudum aliquis in hac parte veritatis, propagationi publice commodaſſet. Certe ob exemplariũ defectum ad libri huius odorem, magnum eius deſiderium multis pridẽ innatum fuit. Vndẽ nihil dubitãdum eſt, hãc de nouo editionẽ libri ſane optimi & optatiſſimi vtilẽ, gratãq; fore ſtudioſę iuuentuti, & quicunq; veritatis quã cõtentionum cupidiores ſunt. Accedit quod in fulſis quorundã opinionib. & cõtrouerſiis exulcerato hoc ſeculo magis magisq; gliſcentibus, non parum ea ratione obuiatur. Inueniuntur enim,

Iacobi Kimedoncii præfatio in tractatum B. Lutheri contra Eraſmum.

Epiſt. 46.

enim, qui neſcio, quæ figmenta cerebri ſui incautis obtrudere geſtiunt. Omnes pariter homines in Chriſto electos & ad vitam æternam deſtinatos, neque DEVM peculiare conſilium pro aliquorum ſalute cepiſſe: quod ad ipſius voluntatem, gratiam ad omnes & ſingulos peræque pertinere: eoque omnes æqualiter in ſinum gratiæ per Chriſtum receptos & ab omni peccato & condemnatione liberatos ſiue credant ſiue non: hominum porro alios à verbo recedere & ſic gratiam & electionem quam cum aliis communem habebant, ſibi ipſis irritam facere: alios eidem perſeueranter adhærere, abſque eo tamen, vt aliud ſit beneplacitum, alia dilectio DEI horum atque illorum reſpectu. Quod quid aliud eſt, quam inficiari perſeuerantiam in fide donum eſſe, quod aliis det, aliis non det pro ſuo beneplacito? Germina iſthæc ſunt renaſcentis Pelagianiſmi: in quibus non mediocris virulentiæ fibra nutritur, ni benigne DEVS auerterit. Nam ſi recolamus nobiſcum quid Proſper Aquitanicus, quid Hilarius de reliquiis Pelagianæ hæreſeos ſcriptum reliquerint Epiſtolis ad Auguſtinum videbimus ex iiſdem lacunis hauſtas eiuſmodi prauitates: Expreſſe enim Proſper inter alios errores Semipelagianorũ de gratia & libero arbitrio & prædeſtinatione etiam hoc aſſignat, quod videlicet aſſererent: neminem prorſus à redemptione ſanguinis Chriſti exceptum, etiamſi omnem hanc vitam alieniſſimam ab ea mente pertranſeat: quia ad omnes homines pertineat, vt ipſi volebant, diuinæ miſericordiæ ſacramentum: Itaque quantum ad DEVM paratam omnibus vitam æternam: quantum autem ad arbitrii libertatem ab his eam apprehendi, qui DEO ſponte crediderint. Additque ad talis gratiæ prædicationem eos deueniſſe, quod refugerent confiteri DEVM ſecundum propoſitum & conſilium voluntatis ſuæ occulto quidem iudicio, ſed opere manifeſto aliud vas condere in honorem aliud in contumeliam: nec acquieſcerent, prædeſtinatum electorum numerum nec augeri nec minui poſſe. Hilario quoque teſte dicebant, talem omnibus remanſiſſe voluntatem, qua vel contemnere quis valeat oblatam gratiam vel eidem obedire: & ſic de compendio putabant rationem reddi electorum vel reiectorum: nec opus eſſe partes conſtitui, quibus nec adiiciendum ſit aliquid nec detrahendum. Hoc ſi fieret calumniabatur ſuperflua eſſe omnia præcepta, correctioneſque peccantium ac vniuerſum adeo miniſterium: tolli vitæ regendæ ſtudium & feneſtram aperire ad impietatem: adigi homines ad deſperationem: nomine prædeſtinationis fatalem induci neceſſitatem & multa huiusmodi alia, quæ ratio naſuta & dicax in odiũ veritatis cõminiſcitur. Hæc illi de reliquiis prauitatis Pelagianæ ſua ætate: Quib. cũ ſi cõferatur opiniones quorundam noſtra hac ætate, quas verbis ipſorum fideliter prius retuli, apparebit, cum Orthodoxis ne an cum hæreticis illi ſentiant, doceantque. Quoniam vero

Germina renaſcentis Pelagianiſmi.

Extant tomo 7 apud Auguſtinũ.

Moderni Pelagiani.

Pſeudo Lutherani.

ro Lutherani audiri volunt, audent (quæ ipſorum eſt religio) à ſe diſſentientes conuitiorum plauſtris obruere & velut Caluinianos, Paganos, Mahometanos apud quoſuis traducere. Bona verba quæſo. Quid Luth. quo gloriamini? An ſeruum arbitrium nūq̄ legiſtis? aut memoriā eiꝰ obliuione ſepultam arbitramini? Apertiſſime hoc lib. docet & defendit Luth. de gratia & prędeſtinatione hominum alios electos, alios reiectos à *Deo* ab æterno. Vbi igitur omnium ſine exceptione electio & deſtinatio ad vitā ęternā in Chriſto? Docet & defendit erga alteros æternū & immutabilē eſſe amorem DEI, erga alteros odium DEI æternum, anteq̄ mundꝰ fieret, ne dum ante liberum arbitrium & meritū. Vbi igitur æqualis illa omniū dilectio? Docet & defendit omnia neceſſario in nobis fieri, ſecundum ꝙ ille vel amet vel nō amet ab æterno, nec vllo noſtro opere, meritoue, ſed ſolo amore & odio *Dei* cōtingere, vt alii credant alii nō credant: & credentes q̄dē gratiæ fieri participes, incredulos nō fieri. Offerri ſane & prędicari gratiam omnib. ſed nos ex nobis ipſis oblatam grat. acceptare nō poſſe: *Dei* id donū eſſe: cur aliorum corda tāgantur aliorum nō tangantur vt illi ſuſcipiant & hi cōtemnāt oblatā gratiā, id vero occultę eſſe & metuendę voluntatis *Dei*, ordinātis ſuo cōſilio quos & quales prędicatę & oblatę miſericordię participes eſſe velit. Vbi nunc illud, ꝙ fortiter eq̄dē, ſed parum vere, & reclamāte ſcriptura cōtendunt, DEVM peculiare cōſilium pro aliquorum ſalute nō cepiſſe? Prætereą docet & defēdit Luth. electos verbo ędificari & meliores reddi reprobos offendit & deteriores fieri: illos vitam ſuam corrigere per Sp. Sanctum, hos incorrectos perire: & ſi errore aliquo teneantur electi, tamen ante mortem eos redire in viam, hoc neceſſarium eſſe nec poſſe eos ſcandalizari finaliter. Quàm belle his quadrat fabula, cōmunē gratiam & electionē à maxima electorum parte reddi irritā atq; idcirco eos æternum perire. Iā quod eiuſmodi gratię & prædeſtinations prædicatione miniſteriū tolli, feneſtrā ad impietatē aperiri, homines ad deſperationē ſolicitari, peccātes excuſari & (quod abſit) *Deum* accuſari tanquā peccatorum authorem omniſq; iniuſtitię, ſimulationis, ἐπιχαιρεκακίας, crudelitatis inſimulari obiiciunt, hæc & quæ eius generis ſunt alia, quib. per aperta ſe iactant calumniatores aſtuti vt ait Aug. de prædeſt. & gratia c. 6. tā copioſe & neruoſe refelluntur, protelanturq; à Luth. vt ſatis mirari nequeam crambē iſtam rationis humanæ à Pelagianis & Semipelagianis coctam & recoctā toties ab eiꝰ ſectatoribus, vt haberi volunt hodie reponi: id q; tanto molimine & exacerbatione. Quid? an Luth. tandē in Paganorum & Mahometiſtarum ne dicam Caluiniſtarum (vt vos appellare ſoletis) caſtra relegabitis? Mature diſpicitote Viri, ne per vos ad inferos vſq; deprimatur is, pro cuiꝰ authoritate ad cælū vſq; extollēda hactenus tantopere deſudaſtis. Inculcat quidē ipſe hoc lib. ſcrip. canonicis i. authoritate. *Dei* nō hominum agēdum, monetq; & Sanctorū ſcripta cū iudicio legenda, ideoq; nec ſua aliter legi aut

Hoc facit D.D. Hoe.

Antitheſis doctrinæ Lutheri & diſcipulorum eius.

Fol. 250. & 251. Ibidem.

Fol. 192. & 193.

Fol. 162. & 163.

Fol. 209.

Fol. 57. & 58.

Fol. 87. & 88

Fol. 224. 225

Crambe rationis humanæ.

Fol. 72.

recipi voluit: cõtra quam multis in vſu adhuc fuit. Si tamẽ hominis tanto-
pere ſpectatur authoritas, cur neglecta, cõculcataq; erit in his, quę ad car-
dinẽ rerum iugulumq; ipsũ cõcernunt & ſummo ſtudio ac pręcipua qua-
dam πληροφορίᾳ pręsẽte libello ſcripta reliquit? Notetur hac de re propria eiꝰ
teſtificatio his verbis in fine lib. *Ego vero*, inquit, *hoc libro nõ cõtuli, ſed aſſerui &*
aſſero ac penes nullũ volo eſſe iudiciũ ſed omnib. ſuadeo vt præſtẽt obſequiũ Domini,
hæc cauſa eſt. Deinde ipſe in ep. ad Wolfg. Fabritium Capitonem de hoc li-
bro ita ſcripſit an. 1537. 9. Iulii. *De tomis meorũ lib. diſponẽdis, ego frigidior ſũ & ſe-*
gnior: eo quod Saturnina fame percitus magis cuperẽ omnes deuoratos: nullũ n. agnoſco
meũ lib. iuſtum niſi forte de ſeruo arbitrio & Catechiſmũ. αὐτόγραφον eius ep. eſt Argẽ-
tinę. Sed videor mihi audire hic nõnullos apud ſe muſſitantes, quaſi Luth.
cõm. in Gẽ. c. 26. retractarit quę hic docuit. Id vero nihil eſt, imo omnib. di-
ligenter examinatis apparet tantũ abeſſe vt ille locus cõtra hunc lib. faciat
vt pleniꝰ eum confirmet. Eo n. loco Gen. Luth. tantũ damnat abuſum do-
ctrinæ de prædeſtinatione & præſẽtia DEI, voceſq; ſceleratas vt vocat, eo-
rum qui ſic loquuntur: ſi ſum prędeſtinatꝰ ſiue bene ſiue male egero, ſalua
bor. Si nõ ſum prædeſtinatus dãnabor, nulla ratione habita operũ. Cõtra
has impias voces diſputat & ſic diſputat vt nõ neget hypotheſin, hominẽ
ſcilicet aut prędeſtinatũ ad ſalutem, electum aut reiectum: ſed conſecutio
nem docet eſſe nullã imo ſceleratam, impiam & diabolicã. Prædeſtinatio
ſiquidem nõ tantũ cõplectitur finem, qui eſt vita æterna, verum etiam me
dia ad illũ finem, vt eſt vera in Chriſt. fides, cõuerſio, bona opera quæ præ-
parauit Deus vt in illis ambulemꝰ. Eph. 2. Ad hæc nobis in inquiſitione *Dei*
& voluntatis ipſiꝰ nõ eſt procedendum ſpeculatiue vt Luth. loquitur per
inanem videlicet & curioſam arcanæ *Dei* voluntatis de nobis ſpeculatio-
nẽ, qua Sathan homines dubios ac incertos & tandẽ etiam alienos à verbo
reddere ſatagit: ſed habemꝰ *Dei* voluntatem reuelatam, hanc recipiamꝰ &
ꝙ iubet exſequamur, audiamꝰ filium & credamꝰ in ipſũ: tum certi erimꝰ de
ſalute noſtra & ſpõte ſe offeret prædeſtinatio noſtri ad vitã. Hæc ibi Luth.
Et tantum abeſt, vt doctrinę quam tradiderat de ſeruo arbit. quicquã ibi
deroget, vt multo magis eam cõfirmet. Ait n. expreſſe. Sic igitur in libello
de ſeruo arbitrio & alibi docui, eſſe diſtinguẽdũ, quando agitur de notitia
vel potius de ſubiecto diuinitatis Aut n. diſputandum eſt de *Deo* abſcõdito
aut de *Deo* reuelato. De *Deo* quatenꝰ nõ eſt reuelatꝰ nulla ſcientia nulla co-
gnitio: atq; ibi tenẽdum eſt ꝙ dicitur *quæ ſupra nos nihil ad nos.* Eiuſmodi n.
cogitationes, quæ ſupra aut extra reuelationem *Dei* ſublimius aliquid
rimantur, prorſus diabolicæ ſunt. Retineat DEVS ſua decreta & myſteria
in abſcondito: non eſt cur ea manifeſtari nobis tantopere laboremus.
Moſi cupienti videre faciem DEI, reſponſum eſt, poſteriora mea tibi o-
ſtendam, faciem autem meam videre non poteris. Sic DEVS pręſcientiam
&

Fol. 91. Cardo rerũ ſpectanda.

Zanch. lib. 3. miſcell. fol. 17.

Lutherus ſententiam de prædeſt. non retractauit.

Contra Epicureum abuſum prædeſt.

De electione non iudicandum à priore ſed à poſteriore per fidem & bona opera tãquam effecta electionis.

& prædeſtinationem ſuam egregie manifeſtat, ſed non iſta via rationis carnalis. Si Chriſtum audieris, & in nomine eius baptizatus fueris & diligas verbum eius, tum certo es prædeſtinatus & certus de tua ſalute. Et multis interiectis, Hæc, inquit ſtudioſe & accurate ſic monere volui: quia poſt meam mortem multi meos libros proferent in medium & inde omnis generis errores & deliria ſua confirmabunt. Scripſi autem inter reliqua eſſe omnia abſoluta & neceſſaria: ſed ſimul addidi, quod aſpiciendus ſit DEVS reuelatus, ſicut in pſalmo canimus, Er heiſt Jeſus Chriſt/ der Herr Zebaoth/ vnd iſt kein anderer Gott. Sed illos locos omnes tranſibunt & eos tantum arripient de DEO abſcondito. Vos igitur (inquit) qui me nunc auditis, memineritis me hoc docuiſſe, non eſſe inquirendum de prædeſtinatione DEI abſconditi, ſed ea acquieſcendum eſſe, quæ reuelatur per vocationem & miniſterium verbi. Hæc eadem alibi quoque in libris meis proteſtatus ſum, &c. Hęc ille. In his non ait ſe retractare quæ ſcripſerit de prædeſtinatione & immutabili diuinæ voluntatis neceſſitate, ſed tantum quod multi abuſuri eſſent ea doctrina & ſuis libris. Probat itaque doctrinam ibi traditam, ſed improbat abuſum & qui abutũtur aut abuſuri ſunt. Nec enim dicit, Inde, id eſt ex meis libris colligẽt errores, ſed ait, inde confirmabunt omnis generis errores & deliria ſua, non mea. Ergo doctrinam in hoc libro de ſeruo arbitrio traditam, ibi etiam confirmat: & nominatim confirmat illud dogma eſſe omnia abſoluta & neceſſaria, quantum nimirum ad DEI præſcientiam & voluntatem attinet. Quemadmodum enim præfat. Epiſt. ad Rom. immotam prædeſtinationis neceſſitatem commendat, & ſumme neceſſariam ad conſolationem piorum eſſe tradit: nec veretur dicere: ex prędeſtinationis ſententia ſola pendere omnia, nempe qui accepturi ſint verbum, qui non, qui credituri, qui non, qui liberandi à peccato, qui obcæcandi, qui damnandi & iuſtificandi ſint. Hoc ſtante ſi de prædeſtinatione Sathan te vexet & inquietet, quod fruſtra ſperes ſi non ſis prædeſtinatus, tentationi diabolicæ reſiſtendum memineris eo quo dictum eſt modo. Et hoc ſenſu intellexit Lutherus in præcedentibus non eſſe inquirendum de prædeſtinatione DEI abſconditi, &c. quod ſermonis ſeries manifeſte euincit & pluribus liquet ex iis quæ in pſalmum 5. hac ipſa de re author inculcat. Sed de his ſatis. Hactenus Kimedõcius. Atque hæc de doctrina Lutheri iam adducta & quod in ea conſtans fuerit ſatis dicta ſunto. Quod ſi placet etiam paucula ex D. Auguſtino citabuntur & quidẽ ex tomis eius Pariſiis à Põtificis anno 1586. impreſſis. Is docet Prædeſtinatorũ certũ eſſe numerum quem ſolus DEVS nouit Tom. 7. fol. 539. Item prædeſtinatum nullum perire poſſe Tom. 5. fol. 239. Item prædeſtinatam & electam eccleſiam ſeduci non poſſe à Diabolo, quando ſoluetur tempore vltimo. Tom. 5. fol. 261. Item

Audi D. D. Hoe.

Contra Sathanæ tentationes remedia & arma.

Ex Auguſtino de prædeſtinat.

Item prædeſtinaſſe DEVM in ſua ſapientia certum numerum electorum ſuorum, quos nos meritis propriis, ſed ſua gratia diſcreuiit, cum iam eſſent damnati in ſua radice Tom. 5. fol. 169. Item. Hos qui prædeſtinati ſunt vocari ad pœnitentiam, quibus & donum perſeuerantiæ datum Tomo octauo folio 306. Atque hæc paucula ex D. Auguſtino citaſſe ſufficiat. Cæterum te tuosque, qui prædeſtinationem ita interpretamini, quod DEVS præſciuit qui eſſent pii futuri, non autem quos DEVS immediate ſaluare decreuerit, hanc, inquam, veſtram doctrinam ita Pelagianicis erroribus eſſe ſimilem, vt ouum ouo ſimilius eſſe nequeat. Vide quæſo candide lector Diui Auguſtini tractatum de prædeſtinatione ad Proſperum & Hilarium libro primo, folio allegatæ Pariſienſis impreſſionis 556. quod Pelagius cum non poſſet contra expreſſum verbum DEI negare prædeſtinationem & noſtram in Chriſto Electionem, iiſdem ſophiſmatibus ad eam eludendam vſus eſt, quibus D. Doctor Hoe & eius complices nunc vtuntur. Sic D. Doctor Hoe non Chriſti, non Apoſtolorum, non D. Auguſtini, non Lutheri, ſed Pelagii doctrinam ſequitur. Iam pius & candidus Lector iudicet quantis iniuriis imo blaſphemiis D. Doctor Hoe Beati Lutheri & Sancti Auguſtini imo ab ipſo DEO in verbo eius patefacto doctrinam (dum eam impiam blaſphemam & diabolicam nominat) affecerit? Ac cum in me collaudauerit fol. 4. quod rationem humanam in diuinis reiiciam, certe ſcripta eius de æterna DEI prouidentia & noſtra in Chriſto electione nihil aliud quam meram rationem (vti ex Luthero demõſtraui) ducem ſequuntur. Hoc enim D. Hoe in omnibus his ſcriptis agere videtur, vt duce ratione (quæ apud imperitos ſacræ ſcripturæ admodum plauſibilis eſt) ſi fieri poſſet hanc immotam DEI doctrinam ex ipſa S. Scriptura nedum ex ſcriptis Lutheri, expungeret, imo ex rerum natura authoritatis tantum ſuæ obtinendæ cauſa, tolleret. At quis hæc doctrina clariſſime in ſacra ſcriptura ſicuti Sol in meridie lucet, cæcis quidem hoc facile perſuadebit, ſed videntibus nunquam. Verum ne videatur à Luthero defeciſſe ſub nomine & pallio Lutheri doctrinam eius oppugnat: & qui cum eo (nẽpe D. D. Hoe) nõ conſentiunt, hos omnes ad ima tartara condemnat & quidem tanta audaci temeritate, vt dicat neque Angelos illi perſuaſuros, ſaluos factos aut futuros eos, qui hãc doctrinam de æterna DEI prouidentia & noſtra in Chriſto electione docent. Vnde & B. Lutherum in numero à D. D. Hoe damnatorum (ſi vera & nõ falſa D. Hoe loqueretur) eſſe neceſſario ſequeretur. Certe totus ſuper his cõtremiſco, ne tales cõdemnatores tam atroci, impia & blaſphema cõtra DEVM & cõtra propriam cõſcientiam in turbanda Eccleſia Chriſti, & in cõdẽnandis viris piis hãc orthodoxam doctrinam profitentibus, licẽtia tã alta de ſe præſumẽdo grauiſſimis DEI iudiciis feriantur: & ne in nõnul-

D. D. Hoe contradicit verbo Dei & B. Luth. & Auguſtino.

D. Hoe ſcripta ſola ratione humana nituntur. Ratio apud rudiores plauſibilis.

D. Hoe ſub pallio Lutheri Lutherũ oppugnat.

Inaudita condemnationes.

D. Hoe condemnata B. Lutheri doctrina condemnat & Lutherum.

M los

los polemicos & omnem pacem reſpuentes illud quadret, quod D. Lutherus in tractatu hoc ſuo folio 299. ex Iobo cap. 33. allegat, *Deus regnare facit hypocritas propter peccata populi.* Et quia D. Doctori Hoe lites & contentiones, ex quibus apud vulgum inclareſcere vult, tantopere placent, demonſtret nunc ſuum ingenium & omnes vires ſuas in refutandis iis, quæ iam ex Beato Luthero propoſui. Si tacebit conuictus eſt ſui mali, & peſſimæ in rebus diuinis calumniæ. Vt autem taceat omnino neceſſe eſt. Quia iam faſſus eſt folio trigeſimo-quinto ſe & ſuos ſequaces tractatum Beati Lutheri de ſeruo arbitrio magnifacere, ſed phraſes quaſdam indigere interpretatione. At iam demonſtratum luce meridiana clarius in hac doctrina de prouidentia & prædeſtinatione DEI non phraſes, ſed clariſſimas aſſertiones Lutheri eſſe: quas ad vltimum vitæ ſuæ ſpiritum non modo non immutauit, ſed conſtanter etiam retinuit. Has ſi refutare aut cauillari voluerit, declarabitur ab omnibus pro pſeudo-Lutherano, & præbebit ſeſe omnibus deridendum, ſcilicet ſi aliquas gloſſas huic doctrinæ Lutheri contrarias addere voluerit. Id enim adeo impoſſibile eſt factu, ac ſi Doctor Hoe vellet perſuadere hominibus luce oculorum præditis ſolem non lucere de die, ſed noctu. Vbi ergo hic, Domine Doctor Hoe, erunt effugia? Vbi tui triumphi, de quibus tantopere gloriaris & me ad eos remittis? niſi iſti de quibus Beatus Lutherus ita ad Eraſmum diſputantem contra æternam DEI prædeſtinationem & noſtram in Chriſto electionem ſcribit inquiens. Quod ſiquis nec noſtræ monitioni cedit, hunc ſinimus ire & Gigantum more cum DEO pugnare, ſpectaturi quos triumphos ſit reportaturus: CERTI QVOD CAVSAE NOSTRAE NIHIL SIT DETRACTVRVS ET SVAE NIHIL COLLATVRVS. Ac quæſo qualia iudicia ferent de omnibus tuis ſcriptis hactenus à te editis, in quibus multorum doctorum Virorum ſcripta tot iniuriis & calumniis excepiſti. Adhuc ne dices: quod Beati Lutheri δεύτεραι φροντίδες reiiciantur: nonne hoc à te fit: qui & priores & poſteriores reiicis? Adhuc ne exclamabis ô ſecula, ô mores? Nonne teipſum deprauatorem eſſe Lutheri doctrinæ proclamas? Nonne hic quoque exclamandum ô ſecula ô mores? Cernite D. D. Hoe ſophiſmata & errores? Adhuc ne dices? Ite aduerſarii ite & millies coccyſmum veſtrum de libello Beati Lutheri de ſeruo arbitrio repetite, ſemper nos doctrinam illam orthodoxam, quam Megalander ad extremum vſque vitæ ſuę terminum de cauſa peccati, de neceſſitate, de prædeſtinatione, de reprobatione fouerit, luculenter ex ſcriptis eius demonſtrabimus. Hactenus tu D. D. Sed queſo cui hæc ſcribis? nihil demonſtrando. Nonne cõtra propriam tuam conſcientiam pueris & vulgo hæc ſparguntur, quos ſperas tantæ tuæ tamque audaci Thraſonicæ proclamationi & authoritati aſſen-

Hypocritæ Doctores pœna DEI.

D. Hoe ad reſpondendum Luthero prouocatur.

D. Hoe impoſſibile eſſe conuincere poſſe Lutherum erroris in noſtra in Chriſto electione.

Vti ſupra etiam ex impreſſis Vitebergæ Bibliis Sacris Anno 1581. demonſtraui.

D. D. Hoe triumphi in condemnanda de præd. doctrina teſte Luthero quales?

D. D. Hoe ſi male de ſcriptis Lutheri locutus eſt, quæ fides ei adhibenda in condemnandis aliis eadem quæ Lutherus docentibus?

aſſenſuros, neque ſcripta Lutheri multo minus noſtri ſeculi doctorum virorum, à quibus toties tui iſti clamores refutati ſunt, lecturos? Quæ ſane ſophiſmata tua, licet ſole meridiano clariora ſint, tamen te non pudet ea ſpargere: modo fructum ferant, ad quem ea dirigis iuxta prouerbium: audacter calumniari ſemper aliquid inhæret. Hoc, hoc eſt, ſub pallio defendendæ doctrinæ B. Lutheri conari eam ex imis fundamentis euertere. Sed ſtat fundamentum illud Paulinum ſolidum habens hęc σφραγῖδα, id eſt ſigilla: nouit Dominus qui ſint ſui, hoc tu non euertes, quin potius vide ne ipſe euertaris, cum DEVS occulta hominum teſte Paulo ad Rom. 2. v. 16. ſecundum eius Euangelium iudicabit. Durum eſt mi homuncio contra ſtimulos veritatis DEI & conſcientiæ calcitrare: durius in manus irati DEI, contendente luto cum figulo incidere: cui liberum eſt, in ſuo facere quod vult: cum nulli quicquam debeat: & cui quid ex mera gratia in Chriſto exhibita facit, vult in ſolidum inde gloriam habere alias ab ingratis etiam id parum quod habent, auferetur: ne miſer homuncio vermiculi inſtar humi repens & ALTA de ſe præſumens, ſeque cum DEO cooperarium ſalutis ſuæ faciens, glorietur, gloriam enim ſuam DEVS alii non dat nec dabit. Nonne te ergo pudet: quod toties coram DEO electis eius angelis (quos tu tamen arguendo S. Paulum inſcitiæ, negas eſſe electos) & coram tota eccleſia orthodoxa, forſan & conſcientia teſte, inanes tui clamores detecti ſunt? Tu enim is es, qui B. Lutheri ſcripta coccyſmis & ſophiſmatibus excipis & non orthodoxi. Ob quam rem nonne verba illa tua in te potius retorquenda, & verius dicendum de te, quod tu de aliis dicis? Ito D. D. Hoeito: & millies ſophiſmata tua & coccyſmum tuum de libello B. Lutheri de ſeruo arbitrio repetito? quod in eo non reperiatur aſſertio conſtans, ſed phraſes quędam obſcuræ & dubiæ: Item quod doctrinam illam ſuam reuocauerit & correxerit: In hoc te aliena à veritate loquutum plus quam ſatis conuictus es. Quare eccleſia orthodoxa doctrinam illam orthodoxam B. Lutheri contra Eraſmum aſſertam & ad extremum vitæ ſpiritum etiam in aliis poſterioribus ſcriptis conſtanter ex immoto DEI verbo à Luthero profeſſam crepante vel ipſo Sathana, ſed DEO tamen veritatem ſuam defendente vſque ad conſummationem mundi conſtantiſſime retinebit. Ea ſtetit, ſtat & ſtabit, & in ea ſiue per vitam ſiue per mortem in DEO ſicuti antea ſemper plus quam victrix exiſtendo triumphabit, nihil curans Gigantes illos (quorum iam ex Luthero contra Eraſmum mentio facta eſt) qui ob hanc doctrinam ipſum DEVM è cælis ſi fieri poſſet, deturbarent.

Retorſio ad D. Hoe.

Fol. 45. 46. & 47.

Mirifice mihi ſucceſes, ob factam mentionem Harmoniæ confeſſionũ

Euangelicarum : cuius tamen vna aut altera lineola memini nullo iudicio de illa facto : vti in circulo meo videre licet folio 146. Vnde ergo tanta exacerbatio contra harmoniam præcipuarum, ſimilis cauſa fuit vt Iudæ, Chriſto & piæ mulieris vnguentum pretioſum in caput Chriſti effundentis, obtrectatio. Confeſſionum enim Euangelicarum (quæ à temporibus Caroli quinti Imperatoris, vſque ad hæc noſtra tempora prodiere, & in vnum volumen Anno octogeſimo primo redactæ ſunt: nimirum Heluetica prior, Heluetica poſterior, Baſilienſis, Bohemica, Gallica, Anglica, Belgica, Auguſtana, Saxonica, Wittebergenſis, Sueuica) ſola mentione adeo te offenſum eſſe video, eo quod eas conformes Auguſtanæ dicam: vt non verearis opus illud Sanctum Farraginem quandam, figmentum cum Auguſtana confeſſione, compilationem, mixturam atque confuſionem loco confeſſionum nominare: quas confeſſiones iuxta Auguſtanam poſitas ais non ſecus ac Idolum Dagon Arcæ fœderis iunctum, ſubſiſtere non poſſe: quin imo has vti Idolum Dagon præ Arca fœderis collapſuras. Horrenda hæc ſunt mi Domine Doctor, has pias confeſſiones in tot regnis, regionibus editas, à tot millibus hominum, inter quos Reges & Principes fuere, ſunt, & Deo auxiliante erunt & perdurabunt, profeſſas: & à tot millibus Martyrum (inter quos etiam æterna memoria digna Ioanna Graia Angliæ Regina martyrium Anno 1553. paſſa) aſſertas & morte confirmatas adeo condemnare & idolo Dagon eas comparare? Ergo & Saxonica & Wittebergenſis & Sueuica eidem Harmoniæ adiunctæ pro Idolo Dagon tuo iudicio habendæ ſunt. Siquidem excepta ſola Auguſtana confeſſione, in qua non diuerſa doctrina, ſed diuerſa dona cernuntur, reliquas omnes Idolo Dagon comparas: cum tamen doctrina tua Auguſt. cõfeſſioni vt ſupra in articulo de cœna Domini demõſtratum eſt, contraria ſit. Ergo & Boemica illa Cæſ. Ferdinando oblata, quę à B. Luth. mirifice collaudata & cõprobata eſt: vti ex epiſtola Lutheri eidem confeſſioni præfixa apparet. Et quæ ab ordinibus quoque Regni Bohemiæ Anno 1575. Diuo Maximiliano Imperatori oblata, ab iiſdemq; vnanimiter collaudata eſt, pro Idolo Dagon habenda erit? Quin imo ipſe B. Lutherus pro Idololatra tuo iudicio cenſendus, quod eandem confeſſionẽ collaudauerit & comprobauerit. Cuius ſane iniuriæ & calumniæ non modo Theologum Euangelicum, ſed ipſum Sathanam pudere poſſet: vtpote qui ſcit nihil hiſce confeſſionibus omnibus in Harmoniam redactis cum Idolo Dagon commune eſſe: ſed potius de Arrianorum, Photinianorum & Socinianorum confeſſionibus erga ſacro-ſanctam Trinitatem & æternum Dei filium, atque noſtram in eo redemptionem bla-

D. D. Hoe talia tribuit Harmoniæ huic vt iſtius calumniæ ipſũ Sathanam pudere poſſet.

Regna Chriſtiana Euãgelica & Martyres in illis à D. Hoe diſſẽtientes omnes condemnãtur, dum confeſſiones eorũ ab illo dãnatæ ſunt.

D. D. Hoe in condemnationibus ſeſe ipsũ implicat.

D. D. Hoe non ſentit cum Auguſtana confeſſione, nec cum Bohemica: nec cũ aliis orthodoxis, Harmoniaque confeſſionũ Chriſtianorum ita ipſi diſplicet, vt ne mentionem earum ferre poſſit: Item Euangelicum Doctorem, Harmoniam & conſenſum veritatis odio proſequentem.

Calumnia D. Hoe quam horrenda?

In quos inuehendum.

ſphemis:

ſphemis, qui inter Euangelicos quoq; annumerari volunt, hæc dicenda & non ſancta Harmonia ita condemnanda, cum ouum ouo ſimilius eſſe nequeat (vt tuis verbis, alibi contra doctrinam de electione noſtra, in Chriſto, cum Mahometana collatã, poſitis vtar) quã impudentiſſimam illam calumniam ex tuo odio profectam turpiſſimo mendacio. Ignoſce D. Doctor iuſto zelo: cum te ipſo teſte, vbi non agitur de lana caprina, ſed de κειμηλίῳ longe pretioſiſſimo veritate nimirum, & puritate doctrinæ Euangelicæ conſeruanda cuiuis cordato Chriſtiano velificari liceat. Sum enim & ego Dei gratia Chriſtianus: agitur de noſtra Boëmica confeſſione à B. Luthero vti dixi collaudata: agitur de mea natione & mea, meorumque ſalute: Quare furente & crepante inuidia, imo ipſo quoque Sathana manebit illa doctrina in Harmonia confeſſionum propoſita & noſtra quoq; confeſſio Boëmica Cæſari Ferdinando exhibita, & in altera generali confeſſione, Cæſari Maximiliano & Cæſari Rudolpho oblata, priuilegiataq;, quæ vtraque hic à te per obliquum perſimilitudinem Idoli Dagon contemnitur abſque ratione.

Si D. D. Hoe iniuriando alios, tetit ſuo zelo ignoſci, ignoſcat & aliorum zelo in reſponſo illi dando.

Verum quarum confeſſionum Harmoniæ & penes illam vnionis ſtatuum inter ſe initæ ſac. Cæſ. Maieſtas Imperator Rudolphus ſtatim initio diplomatis ſui meminit & deinde hanc vnionem repetendo ſæpius, eodem diplomate confirmauit: Quam confeſſionem à nonnullis Auguſtanam nominari affirmatur, nempe ob Harmoniam & conſenſum cum Auguſtana. Penes quam vnionem Conſiſtorium Pragæ vigore diplomatis Cæſarei ab Euangelicis Ordinibus erectum, in quo duo Præſides, Primus Adminiſtrator cum ſuis, & ſecundus Senior etiam cum ſuis collegis: quorum vterque doctrinam in confeſſione illa generali Boëmica contentam amplectitur & docere explicareque illam ſincere ſecundum ſacram ſcripturam obſtricti ſunt. Cæremonias autem tolerabiles, & ædificationi ſeruientes, obſeruare libere ſolent: & à noxiis cum puritate doctrinæ pugnãtibus, populum verbo Dei diligenter & circumſpecte deducere tenentur, ſeruato ordine ſibi conſueto, in vtroque miniſtrorum cœtu & regimine in ſimplicitate Apoſtolica. Vnionem cum quidam inquieti Sacerdotes turbare, imo euertere & ſeniorem cum eius conſenioribus inde extrudere, ſolique Adminiſtratori ſecundum antiquam conſuetudinem omnibus Euangelicis ſuæ partis viciſſim in manus tradere nitebantur, imo alteram quoque partem Vnitorum iiſdem plicis quantum in ipſis ſit intricare ſatagebant, idq; omne ad turbandam Harmoniam illam ſanctę vnionis: Scis haud dubiè te adhuc Pragæ commorante (vt qui quoq; me præſente obedientiam eidem conſiſtorio promiſeras) qualiter puniti, imo qualiter nomina eorum qui contra hanc vnionem turpiter, & proditoriè inſurrexerint è libro conſiſtorij deleta ſint, tu (inquam) optime noſti. Eſt

Vnio conſiſtorii Euangelici in Boemia in quo adminiſtrator & ſenior cum ſuis.

Turbatores huius concordiæ Pragæ à defenſoribus puniti.

D. D. Hoe Dominis defenſoribus & Pragenſi conſiſtorio Pragæ exiſtens obedientiam promiſit.

Concordia illa quam firmiter erecta.

enim hæc ſancta concordia & vnio ſub diuerſa diſciplina adeo diplomate Cæſareo confirmata, priuilegiis Regni ſolenniter inſerta, vt obligentur ad eam inuiolatam ſeruandam & tutandam Reges Bohemiæ, quamdiu Reges & regnum Boemiæ gratia DEI durabunt. Seuere quoque prohibitum ne alij alios ob diuerſam vel ſtrictiorem diſciplinam, aut ritus diuerſos condemnent.

D.D. Hoe imitanda concordia ſancta & quidem facilime id fieri poſſe.

Hæc tu tibi imitanda propone non condemnando confratres in Chriſto, qui tamen non tecum in vno Conſiſtorio ſedent, nihil tuo regimini, vel imperio impedimenti facientes, ſed in remotis règnis & prouinciis ſunt, agnoſcentes Auguſtanam confeſſionem piam & in verbo DEI fundatam eſſe. Vnde nemo Te, tuoſque condemnat, ſed ipſi pacem offerunt, tu bellum. Ac quod me hortaris ad reuocandos errores meos antequam circulus meus ſecundis typ s ſubdatur, ad quæ reſpondeo. Siquidem DEI gratia neque à te neque ab aliis errorum conuictus ſum, quin imo te ſummorum errorum in cauſa ſalutis noſtræ, ſi ſacris literis fidem adhibere recuſas; attamen ſolius B Lutheri ſcriptis à me conuictum eſſe, manifeſtiſſime palam feci.

Reucandi errores abſtinendum à condemnationibus pax ſectanda.

Itaque emendanda hæc D Doctor & commiſſi errores in condemnandis in Chriſto confratribus ob conſenſum cum Luthero reuocandi. Quod ni mature feceris, vide ne te pertinaciæ tuæ in defendenda tua authoritate abſque DEI veritate ſerò tandem pœniteat: vbi nimirum DEVS & ſcientiam, & conſcientiam tuam in examen vocauerit: Vbi DEVS iudicando occulta hominum deteget errores multorum, qui nunc ſub pallio doctrinæ B. Lutheri & Sanctæ Auguſtanæ confeſſionis latent. Ad pacem, ad pacem, ad pacem D. Doctor & ſanctimoniam, ſine qua teſte Apoſtolo nemo DEVM videbit.

Fol. 48.

D.D. Hoe ſuam epiſtolam loco balſami odoriferi offert.

In concluſione epiſtolæ tuæ dicis, Hæc Generoſe Domine Baro de præcipuis tantum in circulo tuo horologico obſeruatis erroribus ſcribenda & monenda duxi. Vtinam vero ſine omni bile, & acerbitate epiſtolam hanc Tua Gen. Dom. legeret: vtinam benigno animo ceu oleum ac balſamum acciperet. Sed iſta omnia diei & DEO vnice committo: Tuæ quoque Generoſæ Dominationi officia mea reuerenter vſque ad aram offero.

Author circuli D. Hoe εὐωδίαν Paulinam 2. Cor. 2. v. 15. offert.

Hactenus tu vir Clariſſime, vbi & ego rogatum te velim vt perlecto meo reſponſo, in quo me & B. Lutherum ab erroribus purgaui & tuos aperui, benigno animo feras, & tanquam verum balſamum nempe illam εὐωδίαν bona illa in Chriſto fragrantia ex fontibus S. ſcripturæ deſumpta tibi bene placere ſinas. In tuis enim balſamis nihil odoris ſalutiferi iſtius Paulini

2. ad

2. ad Corinth. 2. olefacio: quin potius fœtores & fumum Deo & eccleſiæ Chriſti ingratum & breui euaniturum: ſic & triumphi tui de quibus tantopere glóriaris neſcio pene quo nomine nominandi ſint. Mihi melius placent S. Pauli triumphi, qui inquit 2. ad Corinth. 2. verſ. 14. Deo habetur gratia qui facit, vt ſemper triumphemus in Chriſto & odorem cognitionis ſui manifeſtum facit per nos in quouis loco. Nam bona fragrantia ſumus Deo, in iis qui ſeruantur; & in iis qui pereunt. His quidem odor mortis ad mortem: illis vero odor vitæ ad vitam. Sed ad hæc quis idoneus? Non enim vt plerique cauponamur ſermonem Dei, ſed vt ex ſinceritate, ſed vt ex Deo in conſpectu Dei de Chriſto loquimur. Hactenus Paulus. En de quibus balſamis & odoribus, & triumphis loquitur S. Paulus? vtinam, & tibi hæc quæ ſalutaria ſunt, oleant: vtinam ne cauponeris ſermonem Dei, ſed ex ſinceritate de Deo loquaris, vtinam adorando Dei iudicia, & non inuehendo, in ea in humilitate, non tuo, ſed aliorum iudicio triumphes.

Balſami & triumphi D Hoe quales?

Triumphi Paulini quales?

Cauponatores Euangelii Chriſti.

Interea tamen ſicut tu mihi, ſic & ego tibi officia vſque ad aras prompta offero: & quod prouocatus prouocanti, læſus lædenti reſpondeam: meque ab iniuriis in me abſque omni cauſa iuſta data, purgem: & immotam Dei veritatem à te, in circulo meo oppugnatam defendam, ignoſce. Cæterum hoc felicitatis circulus meus, ob tuam ſuper eum cenſuram & meam apologiam habiturus eſt: vt quibus hæc vtraque & tua & mea, nondum innotuere, innoteſcant, & vt probentur ſpiritus qui veritati Dei promouendæ & publicæ paci, atque tranquillitati procurandæ magis ſtudent: & qui ſparſum ſemel in vulgus errorem pro eodem apud vulgus tuendo & ſua authoritate conſeruanda magis quam Dei veritate tuenda tantopere non modo diſputant, ſed omnes à ſe diſſentientes Sathanæ deuouent: in nullis ſeſe amice moneri patiuntur, immemores iſtius Paulini, Spiritus Prophetarum ſubiectos eſſe debere Spiritibus Prophetarum. Sed ſoli ALTA ſapere & ſibi ſapientiſſimi doctiſſimique videri volunt. Quare mi Domine Doctor à te reuocandi errores: imitandus in libris retractationum S. Auguſt. Tom. 1. fol. 3. qui, inquit, Si nos ipſos iudicaremus, à Domino non iudicaremur. In multis enim offendimus omnes. Ego enim nec mihi hanc perfectionem nunc arrogo, cum iam ſim ſenex: quanto minus cum iuuenis cœpi de his ſcribere.

Author circuli prouocatus & quaſi coactus ad dandum D Hoe reſponſum.

Felicitas circul & Gnomonis apologetici authoris.

Adhortatio ad D. D. Hoe ad reuocandos errores.

Sæpe in multiloquio etiam falſiloquium. Quapropter qui iſta lecturi ſunt, non me imitentur errantem, ſed in melius proficientem. Hactenus Auguſtinus. Quod ſi tantus vir & quidem inter Patres tanquam Eſaias inter Prophetas illuminatiſſimus reuocare errores non erubuit, imo laudi hoc ſibi duxit: quanto magis tibi non ſeni faciendum.

Exo-

Vota & preces fidelium Christi ad pacem & concordiam.

Exoptant hoc & expetunt à DEO omnes boni viri: inter quos plurimi ſunt: quos tu tecum ſentire exiſtimas: Sed qui Pelagianiſmum tuum ſupra ex Auguſtino allegatum, & à Luthero reprehenſum de tua illa DEI abſq; certa determinatione in ſaluandis electis DEI præſcientia & horrendas illas tuas confratrum in Chriſto condemnationes non approbant, imo ſuper his ſuſpirant: alij meliorem mentem tibi optant: alii de remouendis iſtiuſmodi inquietis ingeniis DEVM orant: pacificos expetunt, & pro Sereniſſimo Electore tuo Principe pio & moderatiſſimo, vt hoc pium, & toti orbi Chriſtiano ſalutare opus ineũdæ ſcilicet inter Euangelicos cõcordiæ promoueat, aſſiduè preces ad DEVM fundunt. Harmoniam, in qua aliis qui illius capaces non ſunt, lac proponitur, collaudant: quo omnes ad ſe mutuo amandos, & in Chriſto ædificandos, Irenicis, & non Ironicis polemicis condemnatoriis ſcriptis deducuntur. Ignoſce iterum atque iterum peto iuſto zelo meo, D. Doctor, quod ſi non, tum tu candide Lector legendo hunc meum Gnomonem apologeticum me apud te excuſatum habeto. Sæpe enim in hæc verba D. Doctor Hoe prorumpit, licere non modo Theologo, ſed etiam cuiuis cordato Chriſtiano velificari, vbi non agitur de lana caprina, ſed veritate DEI tuenda. Quare cum & ego per DEI gratiam non modo velificationibus literatorum peregrinando diuturna peregrinatione à iuuentute mea per præcipua Europiaca regna, ſed etiam velilationibus militaribus interfuerim, officia nonnulla militaria obierim, atque ita militem quoque DEI, qui ad vtrumque paratus eram & adhuc DEI beneficio ſim, egerim, denegare non potui, nec debui prouocatus me, ad hanc velificationem tibi, quamuis ſenex, vt qui DEI gratia ſexageſimum ſextum compleui annum, reſpondere, & imprimis DEI immotam veritatem à B. Luthero, cuius me diſcipulum eſſe profiteor, ex verbo DEI traditam, tum etiam bonam meam famam & B. Lutheri doctrinam defendere. Cæterum quod ais initio tuæ epiſtolæ fol. 3. Te in pietate & humanitate mea firmiſſimam ſpem poſuiſſe, non futurum, vt ob hanc epiſtolam tuam ad me, exaratam hoc nomine vapulare, & gratia mea excider debeas. Quod ſi præter expectationem tuam tale quid à me eueniret (ſiquidem non carpendi, non calumniandi ſtudio, ſed veritatis DEI vindicandæ gratia ad me ſis ſcripturus iniecto calamo tuo freno, ne in perſonam meam impingas) nihilominus aream tuam, quæ in ſublimi ſecura fertur, nihil ſibi à diluuio vindictæ metuere, cum obfirmatum in DEO animum habeas, parato tibi amuleto patientiæ, quo veluti Bacchare frontem illinitam habes. Ach D. Doctor quale amuletum patientiæ, vel potius ſummæ impatientiæ, & impotentis animi tibi paraueris, iam plus quam ſufficienter demonſtratum eſt. Equidem ſcio amuletum teſte Plinio genus medicamenti eſſe contra omnes morbos, & præſertim contra

Laus Electoris Saxoniæ & preces ad Deum pro eo.

Author Apologiæ petit ignoſci iuſto ſuo zelo dum reſpondere cogitur iniuſto zelo D. Hoe.

Comminatio D. Hoe.

Amuletum impatientiæ D. Hoe.

venena

venena validiſſimum. Vtinam & morbum tuum contradicendi immotæ Dei veritati & condemnandi viros pios etiam ſanaſſet. Idem de Bacchare qua frontem tuam illinitam habes, ſentiendum eſt. Eſt enim Bacchar quam nonnulli Nardum ruſticum vocant, herba, ex qua vnguentum contra faſcinatores conficitur teſte Plinio lib. 12. c. 6. Vnde Virgilius;

——— ——— ——— Bacchare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Certe D. Doctor ſi cui hoc vnguento opus fuit, tunc inprimis tibi epiſtola ad me tua, quo non modo frons illinienda, lingua ne effrenis eſſet cingenda erat, ne noceret tibi inutili & peruerſo vati futuro: qui tot tantoſque viros pios, tot ipſorum labores (inter quos & B. Lutheri ſcripta) ipſamque Harmoniam confeſſionum Euangelicarum condemnaſti, eos Idolo Dagon comparaſti, atque cum fronte tua licet Bacchare illinita in eos debacchavis, dum ais, te hac bacchare frõtem illinitam habere alluſurus forſan ad Ezech. c. 3. cui Devs obfirmauit frontem aduerſus frontem rebellium & verbi Dei contemptorum Iſraëlitarum. At tu is es, qui immotæ Dei veritati, quam & B. Lutherus profeſſus eſt, contradicis: & ſic frontem non ad bonum, ſed malum obfirmatum habes. Quod autem D. Doctor ais te non metuere à diluuio vindictæ, eò quod arca tua in ſublimi feratur: Sane cum Alto de nomine cognomineris, ſublimia quæque præſumis & tibi attribuis. A me quidem nec ab hominibus mortalibus nulla eiuſmodi vindictæ diluuia metuenda ſunt: nec ego te Noacum agnoſco: nec omnes nos alios eſſe incredulum mundum: ita vt te ſolo tantum tuto in arca natante totus reliquus mundus pereat: cui ſane mundo immũdo iã ſatis adulatus es, dũ aſſeris Chriſtũ pro vniuerſo mundo abſq; vlla interpretatione ſiue additione credentiũ aut eorũ qui in Chriſtũ ſunt credituri mortuum eſſe. A humano inquam diluuio vindictæ non eſt quod tibi metuas, ſed metuendum ne te (niſi maturè reſipiſcas) diuina iuſtæ vindictæ Dei obruant diluuia. Sed de his ſatis. De me autem & meo patientiæ amuleto hoc tibi perſuaſum habeto; ſi quid contra hunc meum Gnomonem Apologeticum conſueto more altercandi ſcripſeris, me te non dignaturum amplius reſponſo. Sic enim in Domino, adhortante S. Paulo frontem obfirmaui, vt contentioſum hominem poſt vnam aut alteram admonitionem fugiam. Quod ſi tibi ſtudium eſt in aliorum quoque authorum ſcripta quę tibi diſplicent tua cenſura inquirere, ea calumniari (cum ea quam plurima ſint) hos tanquam Theologus Theologos aggreditor, relicto me politico, qui tibi ne minimam occaſionem dederim, neque verbulo te læſerim vnquam, niſi forſan contendendo mecum politico laudem aliquam inde venaris, cum his inquam contendito, contra hos acumen ingenij tui demonſtrato. Cur q ... ſo non refutas tracta-

Gloriatio nimiũ magna D.D. Hoe.

tũ illum breuem Germanicum nuper editum,cui titulus eſt Lutherus orthodoxus. Hi etenim cum ſint maioribus Dei donis ornati,magis in ſcribendo & diſputando exercitati, veritate Dei armati, zelo Dei animati, quin tibi magis ſufficiens reſponſum quam ego ſint daturi,nullum eſt dubium. Ac quis ſcit vbi tua epiſtola ad me ſcripta & Gnomon hic meus Apologeticus illis innotuerit; an non etiam ſua ſponte cenſuram & iudicium ſuum de hiſce vtrorumque noſtrum ſcriptis,ſint viri docti euulgaturi. Quod ſi vero amuleto & Bacchare tua, ad patientiam & non ad vindictam & ſtudium contradicendi vtendum tibi propoſuiſti,gaudeo. Id enim tibi ſummopere ſalutare & Eccleſiæ Chriſti vtile futurum eſſet. Ex quo & errorum à te commiſſorum & iniuriarum,quibus eccleſias Chriſti adfeciſti,reuocatio ſequetur. Quo dono retractationis (cum & D. Auguſtinum illud facere non puduerit) vt te Devs pro ſua immenſa miſericordia ſpiritu humilitatis perducat,toto pectore precor. Vale.

Datæ Monachogrecij cis Iſeram 7. Iulij
Anno 1617.

INDEX RERVM MEMORABILIVM IN HOC TRACTATV CONTENTARVM.

A

Abraham quomodo Chriſti particeps factus. 39.

Abſurdum horrendum de corpore Chriſti à D. D. Hoe fingitur. 24.

Adhortatio ad D.D. Hoe ad reuocandos errores. 95.

Adulterare ſcripturas & explicare ſcripturas differunt. 45.

Alcoran qualis. 51.

Amuletum impatientiæ D.Hoe. 96.

Animulæ laboranti conſulendum ipſa veritate. 64.

Antitheſis doctrinæ Lutheri & diſcipulorum eius. 86.

Apoſtatarum figura. 17.

Apoſtolorum inſignia. 12.

Arbitrij liberi ridicula diuiſio contradicentium electioni in Chriſto. 67.

Arbitrium liberum ſoli Deo competit. 60.

Auguſtini verba referuntur. 38.

Auguſtini illuſtre dictum de ouibus & lupis. 48.

Auguſtini verba de prædeſtinatione citantur. 88.

Author circuli de D D. Hoe conqueritur. 7.

Authorem ad conſcribendum Circulum quid impulerit. ib.

Author Circuli ad pacem ducit. 9.

Author Circuli τὰ ἴδια tractauit. 10.

Author Circuli dubius, an D. D. Hoe reſpondendum. ib.

Author Circuli ad cauillationem figurarum ab ipſo adductarum cur reſpondeat. ib.

Author circuli cur cœnam Dominicam paucis attigerit. 36.

Author circuli in articul. de cœna Domini, cum confeſſione Boemica & Auguſtana ore & corde ſentit. ib.

Author circuli D. Hoe. δι᾽ωδείαν Paulinam 2. Cor. 2. verſ. 15. offert. 94.

Author circuli prouocatus & quaſi coactus ad dandum D Hoe reſponſum. 95.

Author Apologiæ petit ignoſci iuſto ſuo zelo dum reſpondere cogitur iniuſto zelo D.Hoe. 96.

Authorem circuli nihil in figuris peccaſſe. 13.

B.

Balſami & triumphi Doctoris Hoe quales? 94.

Blaſphemi erga Deum qui. 66.

C.

Cacochymicorum imago. 18.

Cæcis ſemper tenebræ. 55.

Cæcitas D.D.Hoe. 71.

Caro de rerum ſpectanda. 87

Captiones D.Hoe miſeræ, ridiculæ & impiæ ab ipſis pueris explodendæ. 44.

Cathalogus fraudum. 9.

Cauponatores Euangelij Chriſti. 95.

Chriſtum verborum ſuorum interpretem ſequi, eſt D.Hoe adulterare ſcripturas. 44.

Chriſtus ſcala Iacobæa à terra ad cœlum. 15.

Circuli ab authore conſcripti cauſa. 8.

Comminatio D.Hoe. 96.

Comparatio Dei & hominis. 79.
Concordia & vnio. 9.
Conciliatores carnales. 57.
Conferre cum tortoribus & deluſoribus S. Scripturæ difficile eſt. 74
Confeßionem Boemicam D.D. Hoe comprobauit. 31.
Conſcientia viua credit Deo. 64.
Conſtantia Dei in electis amandis & ſaluandis. 78.
Contumelioſi contra Spiritum ſanctum. 75.
Crambe rationis humanæ. 86.
Credentes omnes omnium conditionum & ſæcus ſaluantur. 47.
Credentes ſoli ſaluantur. 41.

D.

DÆmones etiam doctrinam de prædeſtinatione damnant. 56.
Deus nihil contuigenter ſcit. ibid.
Deus eſt immutabiliter iuſtus & clemens. 56.
Deus non pingendus ſed nominandus prout ſe in verbo ſuo patefecit. 13,
Deus verus qualis. 57.
Deus nulli facit iniuriam. 59.
Deus quomodo mortem peccatoris non vult. 61.
Deus iuſtus quomodo deplorat aut non deplorat mortem peccatoris. 62.
Deus prædicatus & Deus abſconditus. ib.
Deus liberrimum agens. ib.
Deus quomodo vult aut non vult mortem peccatoris. ib.
Deus etiam malis inſtrumentis ad ſuam gloriam vtitur. 69,
Deus malum non creat, ſed regit & dirigit quo vult. ib.
Deus non amat nec odit mutabiliter. 75.
Dictum B. Auguſtini illuſtre de ouib. & lupis. 28.
Dictum Malachiæ: Iacob dilexi, Eſau odio habui. 74. & 75.
Dictum Pauli 2. Tim. 2. 75.
Differentia doctrinæ Chriſtianæ & Mahometanæ de electione. 51.
Differentia inter voluntatem Dei incarnati & ſecretam voluntatem maieſtatis diuinæ. 62.
Differentia inter creare peccatum & ex malo formare malum aut bonum. 68.
Diſputatores vani. 72.
Doctores arundinarii. 73.
Doctrina de electione in Chriſto eſt verè orthodoxa. 31.
Doctrina de noſtra in Chriſto electione quomodo & quibus gradibus proponenda. ib.
Doctrina Domini Doctoris Hoe ſimilis Alcoranicæ. 52.
Dona diuerſa Dei etiam in ipſis Apoſtolis Chriſti, ſed non contraria doctrina. 32.
Duplex modus vtendi ſacramentis, externus & internus. 38.

E.

ECcleſiæ & ſcholæ Germanicæ coguntur in Boemia regi confeßione Boemica, 31.
Eccleſia Chriſti viſibilis in mundo qualis. 31.
Electi quomodo in vita æterna DEVM contemplabuntur. 23.
Electi omnes tentationes ſuperant. 30.
Electorum fides qualis. ib.
Electi bonos fructus proferunt. ib.
Electi in ecclypſi Eccleſiæ ab hypocritis non ſeducuntur. ib.
Electis ſolis dabitur vita æterna. ib.
Electi lapſi redeunt ad viam. 60.
Electio & duratio dura carni. 58.
De electione iudicandum non à priore, ſed à poſteriore. 87.
Errores reuocandi, abſtinendum à condemnationibus, pax ſectanda. 94.

F.

FActa hominis ante lapſum omnia bona. 68.
Felicitas circuli & Gnomonis apologetici authoris. 95.
Fides electorum Dei. 46.
Fide deſtituti corporis & ſanguinis Chriſti participes non fiunt. 39.
Fidei ſummus gradus. 59.

Fidem requiri in ſaluandis hominibus, D.Hoe eſt adulterare ſcripturas. 43.
Fides D.Hoe exoſa. ib.
Figura Mahometanæ religionis. 17.
Figura ceremoniis pollutorum Græcorum. 18.
Forma eſſentialis vtendi ſacramentis. 38.

G.

GEneralis Circulus Horologii Lunaris & Solaris. 14.
Germina renaſcentis Pelagianiſmi. 85.
Gigantes & eorum triumphi. 63.
Gloriatio in Deo ſolo. 78.
Gloriatio nimis magna D. Hoe. 97.

H.

HAbitatio Chriſti in nobis qualis. 40.
Harmonia fides ſub Lunari & Solari Horologio. 16.
Hieronymi & Origenis peſtilens doctrina. 77.
Hieronymi impia & ſacrilega interpretatio. 73.
Hypocritæ fide deſtituti rem ſacramenti non participiunt. 37.
Hypocritæ Doctores pœna DEI. 90.
D.D.Hoe amica ad authorem Circuli Horologici præfatio & einſdem laus. 3.
D.D.Hoe promiſit ſe authorem Circuli ne verbulo quidem læſurum. ib.
D.D.Hoe multa promiſit, ſed contrarium fecit. 4.
laudando ironice vituperat. ibid.
D.D.Hoe carpit & vituperat Circulum & authorem eius. ib.
D.D.Hoe fœtores pro balſamo offert. 6.
D.D.Hoe horrendæ condemnationes. 27.
D. D. Hoe carpit & S.Paulum & ipſum Chriſtum. 16.
D. D. Hoe nihil minus quam pacem quærit. 29.
D.D. Hoe fidem veram ex electione noſtra in Chriſto facta manare negat. ib.
D. D. Hoe initia candoris, qui promiſerat ſe authorem Circuli ne verbulo quidem læſurum. 11.
D.D. Hoe diſplicet doctrina Lutheri contra Apoſtatas, fideles Chriſti confirmatos. 17.
D.D.ſarcaſmi & cachinni ob imagines & Circulos Horologio additos. 12.
D.D. Hoe non placent imagines Circuli, ſed ſua imago & inſignia nobilitatis ſuæ perplacent. ib.
D.D.Hoe cur turpes illæ imagines, quæ Deum fingunt & pingunt placent. 13.
D.D.Hoe ſpeculo iraſcitur. 15.
D. Hoe temeritas in redarguendis figuris, quarum ab authore hic fit mentio. 19.
D.Hoe alios carpendo ſeipſum commaculat. 20.
D.D.Hoe ait ſe perfecte agniturum in vita æterna, qualis DEVS in ſua æſſentia. ib.
D.D.Hoe non ſunt concreditæ claues cæleſtes. 22.
D.D.Hoe ad ſanam mentem redit. 23.
D.D.Hoe ipſemet ſibi contradicit. 24.
D. D. Hoe craſſa ignorantia ſacræ ſcripturæ in eo, quod alii filii promiſſionis, alii carnis ſint. 25.
D. D. Hoe non intelligens comparationem prouerbiorum Salomonis cum pſalmis Dauidis, eam carpit. 26.
D.D.Hoe de Angelis electis à S.Paulo deſſetit. 24
D.D. mira diſtinctio: plures eſſe fideles quam electos Chriſti. 33.
D.D.Hoe negat, fidem in Chriſtum eſſe in infantibus. 34.
D.D.Hoe negat Patres V.T. vere Chriſti participes factos eſſe. 38.
D. D. Hoe S. Patribus V.T. magnam iniuriam facit. 39.
D. D. Hoe calua excuſatio, quod non à ſe diſſentientes ſed tantum confeſſiones eorum damnet. 40.
D.Hoe mundũ abſque fide ſaluari poſſe docet. 41.
D. Hoe ridiculæ & impiæ captiones ad Atheiſmum ducentes. ib.
D.Hoe doctrina nocentiſſima. ib.
D.Hoe malæ argumentationes. ib.
D.Hoe horrenda negatio. 42.
D.Hoe quæ carpit, potius laudare debuit. 43.
D.Hoe Chriſtum interpretem ferre non vult, ſed ſeipſum. ib.
D.D.Hoe fidem oppugnat. ib.
D.D.Hoe doctrina ſumma quæ. ib.
D.Hoe pernicioſa Theologia. ib.

D.D.Hoe peruerſus mos in allegandaS.ſcriptura. 45.

D.D.Hoe & alios & ſeipſum decipit. 45.

D.Hee impia & noua captiones ex loco ad Tim. 46.

D.D.Hoe iniuria & conuitia contra authorem circuli retorquentur in ipſum. 49.

D.D. Hoe ignarus Alcorani Dei veritatem blaſphemat. 51.

D.D.Hoe verba Lutheri ad authorem circuli retorquet. 52.

D.D.Hoe ait ſe Lutheri tractatum de ſeruo arbitrio magnifacere. 53.

D.D.Hoe ſeipſum pingit, qualiter B. Lutherum ſub ſpecioſiſſimo pallio flagellat. 53.

D.D.Hoe ſpiritus vertiginis. ib.

D.D.Hoe factus apoſtata à Lutheri doctrina. 54

D.D.Hoe figmenta de tractatu Lutheri de ſeruo arbitrio. ib.

D.D.Hoe Circuli authorem pontificiis adulari ait. 48.

D.D.Hoe licet ſit à primariis concionibus, plus tamen habet, authoritatis, quam eruditionis, cognitionis & veritatis. 77.

D.D.Hoe arguens, ſed non probans, nec vnquã probaturus authorem falſi, ipſe manifeſtiſſimum falſum committit. 82.

D.D.Hoe natus ad contentiones & eum vinci non pudet. 82.

D.D.Hoe crambe. ib.

D.D.Hoe promiſſis non ſtetit. ib.

D.D.Hoe in foueam, quam aliis parabat, incidit. ib.

D.Hoe probationes ſunt negare ſaltem, & non probare. 83.

D.Hoe ſicut verbi Dei, ſic & controuerſiarum noſtri ſeculi ignarus eſt. ib.

D.Hoe bonam regulam præſcribit, ſed quam nullibi ſeruat. ib.

D.Hoe laudatur. ib.

D.Hoe cuius ſit religionis vix ſcitur. ib.

D.Hoe ad reſpondendũ Luthero prouocatur. 90.

D. Hoe impoſſibile conuincere poſſe Lutherum erroris in noſtra in Chriſto electione. ib.

D.Hoe triumphi in cõdemnanda de prædeſtinatione doctrina teſte Luthero quales. ib.

D.Hoe ſi male de ſcriptis Lutheri locutus eſt, quæ fides ei adhibenda in condemnandis aliis eadem, quæ Lutherus, docentibus. ib.

D. Hoe talia tribuit harmoniæ Euangel. vt ipſius Sathanam pudere poſſet. 92.

D.Hoe in condemnationibus ſeſe ipſum implicat. ib.

D. Hoe non conſentit cum Auguſtana confeſſione, nec cum Boemica, nec cum aliis orthodoxis, Harmoniaque confeſſionum Chriſtianorum ita ipſi diſplicet, vt ne mentionem earum ferre poſſit. 92.

D.Hoe calumniæ quam horrendæ. ib.

D.Hoe ſi iniuriando alios petit ſuo zelo ignoſci, ignoſcat & aliorum zelo in reſponſo illi dando. 93.

D.Hoe Dominis defenſoribus & Pragenſi Conſiſtorio Pragæ exiſtens obedientiã promiſit. ib.

D.Hoe imitanda concordia ſancta. 94.

D. Hoe ſuam epiſtolam loco balſami odoriferi offert. ib.

Homines fide in Chriſtum ſaluari aſſerẽs D.Hoe S.Scripturæ adulterator eſt. 41.

Homo ante lapſum & poſt lapſum qualis. 60.

Horologium Lunare carens gnomone. 15.

Horologium ſolare. ibid.

I.

Iacobi Kimedoneĳ præfatio in tractatum B. Lutheri contra Eraſmum. 84.

Iacobus & Eſau. 73.

Ignorantia prædeſtinationis noxia. 59.

Imago Chriſti & Anti-Chriſti. 16.

Imago Mahometis. 17.

Impius poſt lapſum ex corrupto ſemine ad diem malum factus. 68.

Imprudentia carnis. 66.

Induratio cordis Pharaonis. 64.65.& 67.

Induratio vnde. 68.

Ingenium D.D.Hoe. 12.

Iniuriæ à D.D.Hoe authori circuli illatæ. 82.

Inſigne Lutheri dictum contra moderuos Pelagianos, & plenum ſummæ conſolationis. 79.

Inſtrumentum vnicum Chriſti parcipiendi fides. 39.

Inter-

Interpretatio mala de verbo indurandi. 65. & 66
Interpretatio dicti de Eſau: Maior ſeruiet minori. 74.
Iudas neceſſario, ſed volens & non coactus proditor. 71.
Iudæorum Thalmudus ſpreto Dei verbo. 18.
Iudicia DEI in vocandis & regendis vaſis miſericordiæ à noſtris diuerſa. 47.
Iudicia Dei & humana in iudicandis bonis differunt. 69.
Iudicia Dei non iudicanda ab humanis. 79.
de Iuſtitia Dei lege iuſtitiæ humanæ non diſputaudum. 76.
Iuſtitia Dei ab humana differt. 79.

L.

Laus Electoris Saxoniæ & preces ad Deum pro eo. 96.
Locus 1. Corinth. 10. Patres in V.T. eundem cibũ ſpiritualem ediſſe, & eundem potum ſpiritualem bibiſſe. 37.
Lucerna prophetica cum ſpeculo vera & degeneris Eccleſiæ ſub veteri Teſtamento. 15.
Lucrum calumniatoris. 53.
Lumen triplex in homine, naturæ, verbi ſeu gratiæ, & gloriæ. 80.
Lutherani veri pacifici & moderati. 5.
Lutheri conſtans de prædeſtinatione doctrina. 81.
Lutheri contra Eraſmum moderationi ſtuduit. ib.
Lutherus ſententiam de prædeſtinatione non retractauit. 87.

M.

Mahomet illuſor, impoſtor & ſimia Dei. 50.
Mahomet ſibi contradicit negando prouidentiam Dei & certitudinem ſalutis. 51.
Maieſtas Dei reuerenda. 61.
Metas moderationis quis ſeruarit, aut nõ ſeruarit. 11.
Mundus totus duplici modo intelligitur. 42.
Mundus totus quomodo ſaluatur. 42.
Murmuratores & blaſphematores erga Deum. 72.

N.

Negantes electionem in Chriſto ex Deo idolum fortunæ faciunt. 66.
Numerus electorum Dei ante mundi fundamenta complendus ante finem mundi. 30.

O.

Oculus nequam. 79.
Omnes credẽtes ſaluantur, multi autem, niſi electi, vere credunt. 42.
Ornatus Templorum pulcherrimus quis. 13.
Orthodoxorum ſcripta. 68.
Ottonis Caſmanni ſcripta ſummæ conſolationis plena. 34.

P.

S. Paulus quomodo Hypocritas deſcribat. 22.
Pax mũdi eſt redimẽda iactura veritatis. 57
Pelagiani moderni. 85.
Polemicorum fraudes. 9.
Præcones Dei. 64.
Prædeſtinatio ad gratiam, humilitatem, pietatem & gratitudinem deducit. 58.
Prædeſtinatio cur palam docenda. 59.
Præſcientia Dei & hominum diuerſa. 71.
ex Propoſito DEI ante tempora ſecularia ſaluamur. 47.
Pſeudo-Lutherani. 85.

Q.

Quæſtio I. cur Deus malas hominum & dæmonum voluntates moueat. 70.
Quæſtio II. Cur Deus malas malorum voluntates non mutat. ibid.
Qui ſaluantur. 58.
Quo ſceleratiores eo fortunatiores. 79.

R.

Rationis humanæ iudicium dineuſum. 66.
Ratio humana in rebus diuinis cæca, ſurda, ſtulta, impia & ſacrilega. 67.

Ratio-

Rationis humanæ abſurditas. 67.
Ratio naturalis offenditur. 72.
Ratio humana laudat que ſua ſunt, & non quæ Dei. 76.
Regna Chriſtiana Euangelica & martyres in illis à Deo *diſſentientes omnes condemnantur, dum confeſſiones eorum ab illo damnatæ ſint.* 92.
Reſponſum ad naſutam rationem, cur Deus *prr verbum agit.* 64.
Retorſio ad D.Hoe. 91.
Romano-Catholici vbiquitarios refutant. 23.

S.

SAcrilegium ſummum. 60.
Authoritas humana. ib.
contra Scripturam loqui quam infauſtum. 43.
in Sacramentis fides requiritur. 37.
Sarcaſmi D.D.Hoe *qui Theologum non decent.* 13.
Sathan quomodo dicta Chriſti in ſuum bonum carpere poſſit. 46.
Sathan & homo poſt lapſum non aliud niſi malum faciunt. 69.
Scripta D.D. Hoe *æſtuantia & rationi ſeruientia.* 68.
Scripta D. D. Hoe *palmæ & triumphi fictitii.* 73.
Secretum maieſtatis Dei. 61.
Semen DEI. 44.
Similitudo de origine & ſcaturigine fontis & defluentis inde riuuli aut fluuii. 32.
Similitudo contra oblocutores. 62.
Similitudo de Sole, imbre & terra. 67
Solutio obiectionum, quod Deus *crudelis & iniquus videbitur.* 78.
Socinianorum imago. 18
Speculum veræ & degeneris Eccleſiæ ſub nouo Teſtam. 16.
Superbi & gratiæ Dei *aduerſarii.* 59.

T.

TEmpeſtatum mundi imago. 19.
contra Tentationes Sathanæ remedia & arma. 88.
Theologia D. D. Hoe *inaudita & horrenda.* 45.
Tertores ſacræ ſcripturæ. 65.
in Tractatu Lutheri de ſeruo arbitrio duo obſeruanda. 54.
Tricæ D.Hoe. 33.
S. S. Trinitatis myſterium adorandum, & non ſcrutandum. 14.
Triumphi Paulini quales? 95.
Tropi in apertis S. Scripturæ locis non vſurpandi. 64.
Turbatores concordiæ Pragæ à defenſonibus puniti. 93.
Typis ſolis abſque fide nemo ſaluatur. 39.

V.

VBiquitas corporis Chriſti. 23.
Verbi DEI *vis.* 8.
Veritas palam & ſyncere ſemper prædicanda. 58.
Veritas Dei *ſimplex* D. D. Hoe *intolerabilis.* 73.
Vita æterna in Chriſto promiſſa. 16.
Vita præſens quid. 80.
Vnio Conſiſtorii Euangelici in Boemia, in quo adminiſtrator & ſenior cum ſuis. 93.
Vnctio DEI. 44.
Vota & preces fidelium Chriſti ad pacem & concordiam. 96.
Voluntas Dei *reuerenda.* 64.
Voluntas Dei *duplici modo conſideranda.* 61.
Votum Lutheri ad Eraſmum. 80.
Vtilitas & ſecuritas eorum, quos Deus *in ſuum arbitrium recepit.* 78.
Vtilitas doctrinæ de prædeſtinatione. 59.
Vox MVNDVS & vox OMNES fallit D. Hoe, *ſed fallitur ipſe alios fallere pruriens.* 41.
Voragines & hiatus ad infernum. 39.

FINIS.

JACOBI CAPPELLI

VINDICIÆ

Pro

ISAACO CASAUBONO,

CONTINENTES EXAMEN PRÆcipuarum controverſiarum, quas adverſus Caſaubonum moverunt

HERIBERTUS ROS-VVEYDUS,
ANDREAS EUDÆMON-IOHANNIS,
JUL. CÆS. BULENGERUS.

Sereniſs. magnæ Britanniæ, Franciæ & Hyberniæ REGI conſecratæ.



FRANCOFURTI
Apud JONAM ROSAM.
Typis Iohannis Lancelloti, Typographi Acad. HEIDELB.
cIↃ IↃ c XIX.

SERENISSIMO POTEN-
TISSIMOQVE PRINCIPI

JACOBO I.

MAGNÆ BRITAN-
NIÆ, FRANCIÆ ET HIBERNIÆ
REGI, &c. DEFENSORI
FIDEI.

SErenißime Rex,

Ex quo Deus Opt. Max. pro ſua ſingulari bonitate literarum ſtudia ſeculorum aliquot barbarie cōſepulta renaſci voluit, & velut novum in Occidente Solem oriri juſſit, vidimus quidem Theologos multò quàm pridem politiùs ac peritiùs ſcribentes, vidimus multos humaniorum literarum Profeſſores ſacrarum non imperitos, ſed in eorum, quos criticos vocant, quorum numerus eſt longè maximus, cenſu paucos vidimus, qui ſeriò conarentur ſua ſtudia, ſuam lite-

rarum humaniorum, linguarum, hiſtoriæ cognitionem ad illuſtrationem Theologiæ, controverſiarumque, quibus Chriſtianus orbis ardet, ſolutionem referre. Inter eos verò, quibus hoc ſtudium fuit, eminet vel maximè magnus ſanè Cardinalis CÆSAR BARONIUS, qui cùm bibliothecis omnium locupletiſſimis inſtructus eſſet, cùm ἀφορμαὶ illi cumulatiſſimè ſuppeterent, non defuit ipſe ſibi, ſed indefeſſo labore librorum cuiuſcunque generis lectioni ſeptuaginta circiter annorum curriculum impendit. Deerat illi ſanè linguarum Orientalium cognitio, Græcam vix primoribus labris delibarat, à diſciplinis Mathematicis imparatus erat. Sed deerat imprimis purioris Theologiæ cognitio. Ita factum, ut ſuam illam immenſam ſanè librorum Latinorum lectionem totam pravæ, quâ fuerat imbutus, doctrinæ confirmationi conſecraret. CASAVBONO contra τῷ μακαρίτῃ ſtatim à teneris unguiculis ἀδόλῳ veræ pietatis lacte imbuto ſuppetebat rara linguarum Orientalium cognitio, in Græcis vix ſecundum, nedum parem habebat. Non deerat ſacræ, non deerat hiſtoricæ veritatis illuſtrandæ ſtudium. Memini, quàm altis ſuſpiriis ſuum illum ardorem ante decennium mihi teſtaretur. Sed deerat locus ad eam rem idoneus. Vix tandem locum voto ſuo reſpondentem & Mæcenatem induſtria ſuâ dignum nactus præclariſſimo conatui eſt immortuus magno rei literariæ, magno veritatis Eccleſiaſticæ damno.

Conatus tamen ille immortalitate digniſſimus totus ſecundum Deum TVÆ MAIESTATI debetur. Quotquot eo nomine Caſaubonum inſectati ſunt, non tam illi, quàm T. M. ſuccenſent, per Caſauboni latus

latus jugulum tuum petunt. Ego viciſſim in hac defenſione non tam amici, quamvis mihi chariſſimi, memoriæ parentalia, quàm divinæ veritatis & T. M. vindicias molior. Quam ob cauſam nulli niſi T. M. nomini dicare potui qualemcunque meam hanc opellam. Synceriorem amicum ne Caſaubonus quidem ipſe deſideraret. Peritiorem vindicem meritò deſiderabat tùm Caſauboni fama, tum cauſæ dignitas. Sed quod induſtriæ meæ deeſt, id ſupplebit rei veritas & M. T. tutela, cui, cuius Auguſtæ familiæ, cuius potentiſſimo regno omnia fauſta comprecantur omnes pii.

INDEX CAPITVM.

Liber I.

1. *Expenduntur quædam loca Zuinlij, Iobij.* 6
2. *Ioſephum non repugnare Lucæ c. 2, 1.* 7
3. *Statuæ Paneadis.* 9
4. *Fontes acidi.* 10
5. *Hieronymus ad Damaſum.* 12
6. *Signum crucis, Gadara.* 14
7. *Liber de natiuitate B. Virginis.* 16
8. *Capharnaum.* 16
9. *Momentum conceptionis Chriſti.* 17
10. *An Petrus fuerit fidei conditor.* 17
11. *Octo libros, qui Sibyllini dicuntur, Pſeudepigraphos eſſe.* 19
12. *Eadgari poteſtas in clerum.* 25

Liber II.

1. *An impij dici poßint per & propter Chriſtum perire.* 32
2. 3. *Expenduntur loca quædam Chryſoſtomi, Clementis.* 33
4. *Iuſtini.* 35
5. *Pſeudo-Eſdra, Pſeudo-Sibyllini libri.* 36
6. *Traditiones ἄγραφοι.* 37
7. *B. Mariæ virginitas, votum.* 38
8. *Ἄπειρα Scripturæ, verſio vulgata. An Matthæus Euangelium Hebraicè ſcripſerit:* Tu es Petrus, *&c.* 41
9. 10. *Ritus diei propitiationis. Simeonis juſti mors, 4. Iudicia capitalia Iudæis erepta. Vaticinium Iacobi* 46
11. *Quid ſit βαττολογία, quid Apoſtolatus.* 53
12. *Petri primatus.* 55

Liber III.

1. *Chriſti genealogia. Pſeudepigrapha. Hillel.* 57
2. *φαιητιᾶν. βασιλικὸς. Authoritas ſummi Iudæorum Pontificis. Iudæorum Synedria.* 65
3. *Suidæ locus. ἀφανίζειν.* 72
4. *An B. Virgo fuerit in ſancto ſanctorum nutrita.* 74
5. *Auctoritas Scripturæ unde pendeat. Maria Magdalene.* 76
6. *Ἀσκητεία. Ioh. Baptiſta. Salome.* 81
7. *Titulus crucis. Apocrypha.* 82

8. An